IOHANNIS DRUSI AD VOCES HEBRAICAS NOUI TESTAMENTI COMMENTARIUS: IN QUO PRAETER...

Iohannes Drusius

Digitized by Google

IOHANNIS DRVSI AD VOCES HEBRAICAS NOVI TESTAMENTI COMMENTARIVS:

IN QVO PRAETER EXPLICATIONEM vocum, variæ nec leues cenſuræ.

Ad Philippum Marnixium Sanctaldegondium.



BIBLIOTECA NAZIONALE 1872

ANTVERPIAE,
Ex officina Chriſtophori Plantini.
M. D. LXXXII.

Digitized by Google

-57-
520.4

AD AMPLISSIMVM ET NOBILISSIMVM D. PHILIPPVM MARNIXIVM DOMINVM S^{ae} ALDEGONDIS.

ADFERO *ad te, nobiliſſime Domine, Commentarium meũ ad voces Hebraicas noui Teſtamenti, in quibus præter ea quæ ad vocum ſenſa pertinent, multa obſeruata in Theologis antiquis: partim etiam oſtenſa ratio ſcripturæ veteris, quam diligenter, ac cum cura notaui, duabus potiſſimùm de cauſis; primùm quia ignota hæc vulgo. non enim quiſquam ante me eam obſeruauit (primus hoc iter ingreſſus ſum ſine duce, ſine comite; quo magis mihi condonandum ſicubi aberro) deinde quia argumentum tale, vt ſi quis illud tractet non obſeruata ratione qua vſi priſci in ſcribendis nominibus Hebraicis, ſæpenumero fallatur neceſſe eſt. Reperies præter ſcripturam antiquam, non pauca quæ explicant proprietatem linguæ Syriacæ. Breuiter omnia, quia neq; ipſe amaui vnquam in hoc ſcribendi genere vbertatem: & moleſtiam lectori conſulto obijcere*

Digitized by Google

ſugi multitudine verborum. Qualiacumq; ea ſint (non enim meum ea extollere) grata ſpero futura tibi, vir nobiliſsime, partim quia coniuncta cum ſcientia linguæ ſacræ, quam intelligis vnus eximiè & amas: partim quia primitiæ quaſi laborum ſtudiorúmq; meorum, quæ certum mihi deinceps proſequi ſub tutela ac patrocinio clariſsimi per Europam nominis tui. Deus te Eccleſiæ ac Reipub. Belgarum diu ſeruet incolumem. Lugd. Bata. Calend. Sext. M. D. LXXXII.

Tuæ dignitatis ſtudioſiſſimus

Druſius Drieſſchus Aldenardenſis.

Digitized by Google

IOHANNIS DRVSI AD VOCES HEBRAICAS NOVI TESTAMENTI COMMENTARIVS.

Cap. I.

A. Linguam Syrorum antiquitus Hebraicam dictam. B. Lingua vernacula ætate Chriſti. C. Idioma Ieroſolymitanum.

INSCRIPTIONEM feci huic libro à vocibus Hebraicis, quod latè intelligendum. Nam pleræque voces meræ Syriacę ſunt. tu me magiſtro diſce Hebraicam linguam vocari etiam Syriacam; hoc eſt eam quæ ætate Chriſti & Apoſtolorum in Iudæa vernacula erat. Clarè doceo ex interpretamentis duarum vocum Gabbatha & Golgotha. Iohan. 19, 13. A

εἰς τόπον λεγόμενον λιθόστρωτον· ἑβραϊστὶ δὲ γαββαθᾶ.

Ecce ait Hebraicè, cùm ſit vox linguæ Syræ. paulo poſt verſ. 17

εἰς τὸν λεγόμενον κρανίου τόπον, ὃς λέγεται ἑβραϊστὶ γολγοθᾶ.

Calua Hebraicè vocatur γολγολεθ, Syriacè γολγοθᾶ, aut verius γολγολθᾶ. Verbum non addam probandæ rei tam claræ.

Dixi linguam Syriacam olim in Iudæa vernaculam fuiſſe: cuius rei teſtem poſſem laudare Eliam; ſed vtar certiore teſtimonio. Claris verbis hoc ſignificat Nehemias cap. 13 verſ. 23. Quod tamen ita accipiendum, vt intelligas linguam non puram putam Syriacam, ſed miſtam. Nam quamplurimæ voces in ea Hebraicæ. B

Ab hac paulo diuerſum erat idioma Vrbis. colligo ex verbis Petri Act. 1, 19: & ex Targum Ieroſolymitano, qua de re dicam aliàs. nunc propero ad ipſas voces, in quibus explicandis non vtar certo ordine, ſed vt quæque prior aut poſterior occurret, ita ponam.

Digitized by Google

CAP. II.

A. Iannes & Mamres. B. ſcriptura Græca expenſa. C. itémque Latina.

A TANQVAM aurum inter ſtercora, ſic reperio interdum apud Magiſtros quod facit ad lucem noui Teſtaméti. De Iohanne & Mamre pridem repperi apud Nathanum autorem Lexici iuris, qui ſcribit principes eos fuiſſe magorum Pharaonis, ac Moſi miracula edenti in Aegypto reſtitiſſe; qua de re locus inſignis eſt in Gemara capite Col corbanoth hatſibbur, quem locum ibi laudat Nathanus, à quo ego habeo. Verba Lexici.

כשבא משה למצרים באותות שנתן לו הקב"ה אמרו לו יוחני וממרא ראשי החרטומים של פרעה זו היא מלאכתנו ואנו יכולין לעשות כן בלהטינו ואתה דומה כמי שמביא תבן לעפריים שהיא עיר תבואה וממנה שבר למקומות הרבה וגו':

Verba illa זאת מלאכתנו וגו' Philo Græcè extulit ad hunc modum: ὀυδ' ἡμεῖς τῆς τοιούτων ἀμελετήτως ἔχομεν, ἀλλὰ χρώμεθα τέχνῃ δημιουρ-
B γῷ τῶν ὁμοίων. Ex his apparet mendum eſſe 2 Timoth. 3, 8 in libris Græcis, legendumque μαμρῆς aut μαμβρῆς: quod tamen nolim pro certo affirmare. Nam potuit διώνυμος eſſe. certè apud Numenium Philoſophum Pythagoricum liquidò ſcriptú eſt ἰαννῆς καὶ ἰαμβρῆς, quos dicit fuiſſe ἱερογραμματεῖς ἄνδρας in libro tertio περὶ τἀγαθοῦ. ita ſcribens: τὰ δ' ἑξῆς ἰαννῆς καὶ ἰαμβρῆς αἰγύπτιοι ἱερογραμματεῖς ἄνδρες ὀυδενὸς ἥττους μαγεῦσαι κριθέντες εἶναι ἐπὶ ἰουδαίων ἐξελαυνομένων ἐξ αἰγύπτου. μουσαίῳ γοῦν τῷ ἰουδαίων ἐξηγησαμένου, ἀνδρὶ γενομένῳ θεῷ εὔξασθαι δυνατωτάτῳ, ὁι παραςῆναι ἀξιωθέντες ὑπὸ τοῦ πλήθους τοῦ τῶν αἰγυπτίων, οὗτοι ἦσαν τῶν τε συμφορῶν ἃς ὁ μουσαῖος ἐπῆγε τῇ αἰγύπτῳ, τὰς νεανικωτάτας ἀυτῶν ἐπιλύεσθαι ὤφθησαν δυνατοί.

Hos intellexit Artabanus cùm ſcriberet Pharaonem aduocaſſe, quos Moſi opponeret τοὺς ἱερεῖς τοὺς ὑπὲρ Μέμφιν. ſed ad propoſitum
C in Syriacis reperio ימברס, id eſt Iambres ex Græco. In Latina vulgata Mambres: quæ ſcriptura proximè accedit ad Hebraicam. Interpres ille quiſquis tandem fuit; poſt Græcos inſeruit literam, b, quod amat facere inter m & r. Exempla Nimbrod Gen. 10: Mambre Gen. 13. 18, & alia pauca, quæ diligens lector facilè per ſe obſeruabit.

CAP. III.

Digitized by Google

CAP. III.

DE RAKA.

A. Hieronymi expoſitio confirmata. B. notatus error Caninij. C. Theophylacti locus expoſitus. D. Locus è Chryſoſtomo productus. E. error ſcripturæ antiquæ.

RAKA, id eſt ῥακὰ, vox conuicij Matth. 5, 22. Syrus habet רֵקָא A
quæ ſcriptura planè firmat expoſitionem Hieronymi, cui ego, dum meliorē edoctus fuero, libenter accedo. Hierony. aduerſus Pelagianos lib. 2.

„ Qui autem dixerit Raka, quod interpretatur vanus & abſque
„ cerebro.

Idem in comment. Matth. 5 ad hanc vocem: Hoc verbum propriè
„ Hebræorum eſt. Raka enim dicitur κενὸς, id eſt inanis aut vacuus,
„ quem nos poſſumus vulgata iniuria abſque cerebro nuncupare.

Pro *Raka* vir doctus poſuit רֵקָה quod iubeo illum quærere apud Hebræos. Syrum eſt רקא ad inſtar טבא niſi fallor. Apud Magiſtros inuenio ריקה vt opinor ſubſtantiuè propter he, quæ alioqui eſſet nota generis fœminini. locus eſt egregius in libro Muſar, quem non pigeret adſcribere, niſi prolixior eſſet. Fallitur autem Caninius dum רַקָה ſcri- B
bit per patach, quod natum putat ex רֵקָה vſitata vocalium mutatione. fallitur inquam, quia thema eſt ריק. etiam in eo fallitur quòd רִקָה ſcribat ſub reſch chirec minus, quæ ſcriptura analogicè poſtulat daghes, ſcriptura in hoc ordine nominum planè peregrina. Ex libris Magiſtrorum paret hanc vocem olim in frequenti vſu fuiſſe, aut potius abuſu, quem Seruator ibi merito damnat.

In Theophylacteis: C

τινὲς δὲ τὸ ῥακὰ συριςὶ κατάπτυςον φασὶ σημαίνειν. rectè συριςὶ. eſt enim vox linguæ Syræ citata in Lexico iuris ex ea parte Talmud, quæ Gemara vocatur; & ex Niddah;

עד שהרוק בתוך הפה

id eſt donec ſaliua eſt in ore. In eodem Lexico רק אותו האיש, id eſt ſpuit. Item ראה רוק למעלה בקורה: id eſt vidit ſputum ſupra in trabe. Igitur à רק ſpuit in Benoni quod vocant רַק ſiue רַקָא paſſiuè, vt אובד רק perditus, ita ῥακὰ ſputo dignus conſpuēdus, κατάπτυςος, vt נמאס contemptibilis,

Digitized by Google

temptibilis, καταγνωστος,condemnandus,condemnabilis,& quæ alia Grammatici notarunt. Peccem in Deum meum, ſi negem hanc declarationem, præ illa altera quam Theophylactus ibi adfert, non vehementer mihi placere. Sed amabo, quænam eſt illa altera? ait Theophylactus ex Chryſoſtomo, τὸ δὲ ῥακὰ σημαίνει ἀντὶ τοῦ σύ. Inter-
D pres Chryſoſtomi hom. 16 in Matth.

„ Qui lingua vtuntur Syrorum, Racha,pro eo quod eſt, tu, dicere
„ ſolent.

Citius inueniam cornua cerui,quàm ſi quæram apud Syros ῥακὰ pro
E tu. ſed credamus affirmanti hoc Chryſoſtomo. Pro clauſula tollam leuiculum mendum, quod hæret in pleraque Latinorum codicum parte. In libro De nom. Hebr.

Racha vanus.

Leg. Raka.nam racha, id eſt רכא vel ipſo Hieronymo teſte, qui ſic diſtinguit inter has literas in eodem libro his verbis:

„ Hucuſque per ſimplicem,c,literã ſcripta ſunt nomina, quæ Græ-
„ ci per κ efferunt: exin aſpiratione addita legendum, quam illi li-
„ teram Chi vocant.

Similis error in σαβαχθανί,quem nos ſuo loco corrigemus.

CAP. IIII.

DE NOMINE IESVS.

A. Moſcopuli commentum. B. etymon. C. Epiphanij locus. D. Lingua Hebraica. E. Scriptura Græca ἰησοῦς. F. Theophylactus expoſitus. G. Iaoh. H. mendum ſublatum è Theodoreto.

A NOMEN hoc è Græcis quidam deducunt ab ἰάσω futuro verbi ἰάω,quod ſignificat ſano.ſed perperam. Moſcopulus περὶ σχεδῶν.

τὸ Ἰησοῦς ὄνομα κρειττόνως οἶμαι ἀποδίδοσθαι παρὰ τὸ ἰῶ τὸ θεραπεύω οὗ ὁ μέλλων ἰάσω, καὶ ἐξ αὐτοῦ ἰασοῦς· καὶ τροπὴ τοῦ α εἰς η. ἰησοῦς.

Conſimilẽ errorem errarunt Euſebius & Egeſippus in nomine ἱεροσολύμων,quanti viri? Veriſſimè Theophylactus:

τὸ ἰησοῦς ὄνομα οὐκ ἑλληνικόν ἐστιν, ἀλλὰ ἑβραϊκόν.

B Quòd Hebraicũ nomen ſit,liquidò liquet ex etymo quod habet à ſeruando, Matth. 1, 21.

καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἰησοῦς. αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ

ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτοῦ. Non latuit hoc Græcos. Origenes Matth. 1. Theophylactus ibidem. Damaſcenus lib. 1 cap. 12 De orthodoxa fide· *τὸ ἰησοῦς ὄνομα σωτὴρ ἑρμηνεύεται.*

Iuſtinus Martyr apologia pro Chriſtianis 2ª. Hieronymus in com-
,, mēt. Matth. 1. Ieſus Hebræo ſermone ſaluator dicitur. Etymolo-
,, giam verò nominis ipſius Euangeliſta ſignauit, dicens, Vocabis no-
,, men eius Ieſum, quia ipſe ſaluum faciet populum ſuum.

Vnus Epiphanius *κατὰ ναζωραίων.* C

ἰησοῦς γὰρ κατὰ τὴν ἑβραϊκὴν διάλεκτον θεραπευτὴς καλεῖται ἤτοι ἰατρός.

Mira interpretatio. Videtur primùm nata non ex *ἰῶ* quod Græcū eſt, ſed ex אסא verbo Syro, quod ſanare ſignificat. Nam ſcilicet veteres Hebraicam linguam dixiſſe pro Syra aut Chaldæa. Sic Euſebius D *προπαρασκ.* lib. 3.

αὐτίκα γοῦν κατὰ τὴν ἀκριβῆ τῶν ἑβραίων φωνὴν, τὸ ὄνομα τὸ εὐᾶ δασυνόμενον ἑρμηνεύεται ὄφις θήλεια.

Nam *εὐᾶ*, id eſt חויא vox linguæ Aramææ. Hæc interpretatio refelli poteſt ex ſcriptura ea qua nomen iſtud ſcriptum reperitur in nouo teſtamento Syro: partim etiam in veteri, vt Ezræ 2, 2: vbi Græcè eſt *ἰησοῦς*, in Latina vulgata Ieſua, Hebraicè autem יֵשׁוּעַ, quod idem eſt cum nomine Ioſua qui Hebraicè יְהוֹשֻׁעַ. doceo ex eo quia Ioſua Ioſadaci filius, qui Ieſua dicitur Ezræ 3, 2; in Haggæo paſſim & Zacharia appellatur Iehoſua: argumentum inuictum contra eos, qui volunt E Chriſto diuerſum fuiſſe nomē à nomine ducis Ioſuæ & Ioſuæ ſacerdotis. Quæri poteſt vnde Græcum *ἰησοῦς*? nam à יֵשׁוּעַ fieret Ieſua aut Ieſuas, ſicut à מָשִׁיחַ, Meſſias. Credibile eſt veteres vſitaſſe יֵשׁוּ pro ישוע conſuetudine ea qua vltimam y per apocopen abijciūt. Porrò יֵשׁוּ id eſt *ἰησοῦ*, & terminatione Græca *ἰησοῦς*. quæ appellatio adhuc hodie manet apud Iudæos. Elias Leuita Tiſbite:

יש לומר לפי שה־הברת הָעַיִן קָשָׁה לבטא לגוים לפיכך אינם קורין לו ישוע אך ישו או
יֵשׁוּשׁ .לכך קורין לו היהודים גם כן יֵשׁוּ בלא עַיִן:

id eſt, Dici poteſt quòd litera Aijn ardua ſit ac difficilis pronuntiatu gētibus. Ideo in lingua ſua non dicūt Ieſuag, ſed Ieſu aut Ieſus. propterea Iudęi etiam vocant eum Ieſu abſq. Aijn. Iam perſpicuum eſt ex ſcriptura errare eos qui deriuant à verbo אסא. nec poſſe aliunde deduci, quàm à ישע verbo ſeruandi, quam nominis originē clarè arguit Euangeliſta Matthæus in loco ſupra citato. errant etiam nuperi

Digitized by Google

interpretes, qui deducũt à nomine Iehoua per interpoſitionẽ literę Sin. errare doceo ex ſignificatione quam Iehoua habet ab exiſtendo, non à ſeruando. Quod autem apud Theophylactum legimus
F *ἰαὼ γὰρ ἡ σωτηρία παρὰ τοῖς ἑβραίοις λέγεται:* ita accipio, ac ſi dictũ eſſet *τὸ ἰησοῦς ὄνομα παρὰ τοῖς ἑβραίοις λέγεται· ἰαὼ σωτηρία.*

Aut eſt error interpretis, quem eundem reperies apud Moſcopulum:

καὶ γίνεται παρὰ τὸ ἰαὼ, ὃ δηλοῖ τὴν σωτηρίαν ὅπερ ἐστὶν ἑβραϊκόν.

Neque enim ab Iaoh deriuari poteſt Ieſus. erratum ex hac cauſa.
G Interpretamentum vetus Ioſua *ἰαὼ σωτήριον* aut *σωτηρία*, quaſi ישע יהוה id eſt ſalus Iehouæ. Nam *ἰαὼ* id eſt Iehoua. Theodoritus Quæſt. 15 in Exod. de nomine tetragrammato:

καλοῦσιν δὲ αὐτὸ Σαμαρεῖται μὲν ἰαβὲ, Ἰουδαῖοι δὲ ἰαώ:

H Vbi perperam *ἰά* ſcriptum eſt. Euſebius *ἀποδειξ.* lib. 4 capite vltimo:

Σωτήριον θεοῦ εἰς τὴν ἑλλάδα φωνὴν τὸ τοῦ ἰησοῦ μεταληφθὲν ὄνομα σημαίνει. & mox:

Ἰωσυὲ δέ ἐστιν ἰαὼ σωτηρία, τοῦτ᾽ ἔστι θεοῦ σωτήριον, εἰκότως εἴπου θεοῦ σωτήριον ἐν τοῖς ἑλληνικοῖς ἀντιγράφοις ὠνόμασται, οὐδ᾽ ἄλλο τι ἢ τὸν ἰησοῦν κατὰ τὴν ἑβραίων φωνὴν πέπεισο δηλοῦσθαι.

Ceterùm quòd quidam aſſerit ex proprietate ſermonis Hebraici Iehoſua potius Seruandũ, quàm Seruatorẽ denotare, id non poſſum nõ improbare, cùm ea ſit potius linguæ proprietas, vt nominum formas propriorum, quæ ſignificationum indices ſint, non diſtinguat.

CAP. V.

A. Bar. B. Barrabas. C. Bariona. D. Bartholomæus. E. Bartimæus. F. Barieſus. G. Barchochebas. H. Barporas. I. Quid Giora.

A BAR extra controuerſiam Syra vox eſt, & filium ſignificat, qui Hebraicè Ben dicitur. quanquam & Bar reperitur in textu Hebræo, vt Pſal. 2 & Prouerb. 30. nec alibi quod ſciam. In nouo Teſtamento Barrabas, Bariona, Bartholomæus, Bartimæus, Barieſus: apud Euſebium Barchochebas; Xiphilinũ Barporas nomina ſunt propria compoſita cum hac voce; de quibus ſingulatim quæ digna notatu habeo, notabo.

Barrabas.

Digitized by Google

Barrabas. In Nominibus de Matthæo B

Barrabam filium magiſtri eorum. Quis credat hanc interpretationem Hieronymi eſſe? pronomen delendum, vel ex eo quòd Barrabas dicimus in rectò caſu, non Barrabam, ברךבא filius Magiſtri. In Syriacis reperio בר אבא filius patris, aut filius patris mei. vide Matth. 27, 16.

Bariona. *βαριωνᾶ*, id eſt *ὑὸς τοῦ ἰωνᾶ*. Hebraicè בר יונא. lectio alia C *βαριωάννου*, id eſt בר יוחנא aut בר יוחנן *ὑὸς ἰωάννου*. Nonnus poëta:

ὑὸς ἰωάνναο σύ μοι πέλεις, ἔασὶ δὲ Σίμων. Priorem lectionem interpretatur Hieronymus in libro De nominibus Hebraicis, & puto germanam eſſe.

Bartholomæus. In Bartholomæus negat vir doctus Tholomæum D eſſe, qui à *nobis* Ptolomæus dicitur. Gorionides contra Hiſtor. Iud. lib. 2 cap. 3

אפטולמיוס הוא תלמי

diſertè ait Ptolomæus & Talmai idem eſſe. firmandæ rei citabo locum ex Seder Olam Suta, qui Caninium clarè conuincit:

תלמי כתב את התורה יונית

id eſt ad verbum, Talmai ſcripſit legem Græcè. Significat autem Ptolomæum Philadelphum regem Aegypti, qui procurauit tranſlationem Græcā Legis per ſeptuaginta duos Interpretes. eſt autem Talmai à Syris dictus Tulmai, vnde Ptolomæus. fortean Pe additum ex proprietate linguæ Iſmaeliticæ.

Bartimæus. Marci 10, 46. *ὑὸς Τιμαίου βαρτιμαῖος*. ex ordine non E vanè quis ſuſpicetur ab ipſo Euangeliſta eſſe τὸ filius Timæi, quæ declaratio indicat nomen patris Bartimæi; eo magis quòd multa nomina propria Syris quorum formatio à Bar voce, quæ apud eam gentē in compoſitionibus frequens eſt. In Syriacis Marci טימי בר טימי id eſt Timæus filius Timæi. lectio alia, filius Timæi Barſemia. eā obſeruat Hieronymus; ſed addit corruptā eſſe in libro De nominibus Hebraicis. Barſemia, id eſt filius cœcus בַּר סַמְיָא

Barieſus. *βαριησοῦς* Acto. 13, 6. Admonet Hieronymus de cor- F rupta ſcriptura, & legit Bericu, in libro De nom. Hebr. ego non capio cur hæc ſcriptura melior ſit prę vulgata. Barieſu, id eſt בר יֵשׁוּ *ὑὸς ἰησοῦ*. In ſchidis meis reperio *βαριησοῦ*, id eſt בר יהוא. Apud Syrū בר שומא id eſt Bar Suma. & paulò poſt:

„ Stetit igitur contra eos magus ille Barſuma; quod interpretatum
„ ſonat Elumus.

Pro Elumus in Græco eſt ἐλύμας, id eſt עלימא, vt conijcio μάγος ἤτοι σοφός. qua de re dicam aliàs.

Addam aliud, quamquam non repertum in nouo Teſtamento. Quid refert, ſi locum faciam parœmiæ Græcæ ἐκτὸς τῶν ἐλαιῶν.

G Euſebius eccleſiaſt. Hiſtor. lib. 4 cap. 6

ἐστρατήγει τῶν ἰουδαίων τηνικαῦτα βαρχοχεβᾶς ὄνομα· ὃ ἀστέρα δηλοῖ.

tu à me diſce Barchochebas non ἀστὴρ, ſed υἱὸς τοῦ ἀστέρος. eſt enim compoſitio vocis ex βὰρ & χοχαβ, id eſt בר כוכב pronuntiatione vetere. χοχαβ ſydus ſiue ſtella.

H Barporas. Ponam in hac voce emendationem meam. licet enim mihi credo quod alijs multis licuit. ſi non temerè id facio; ſi receptam ſcripturam non ſollicito, tantum mendum indico, quis reprehendat? Xiphilinus in Veſpaſiano:

„ Capti ſunt ab eo multi, præſertim Barporas, qui apud eos prin-
„ cipatum tenebat, iſque ſolus in triumpho ſuppliciis affectus eſt.

Quis iſte Barporas? videtur leg. Bargioras, id eſt filius Gioræ. Ioſephus captæ Iudææ lib. 4 cap. 30

υἱὸς ἦν γιώρα Σίμων τὶς γερασηνὸς τὸ γένος νεανίας.

υἱὸς γιώρα id eſt βαργιώρα, & Græca terminatione βαργιώρας. Ne autem putes mendum eſſe in γιώρα, ecce eadem ſcriptura apud Ruffinum:

„ Erat Simon Gioræ filius, patria Geraſenus ætate iuuenis.

Fuit tempus cùm exiſtimarem legendum Sarporas, quaſi שר פריץ pro שר פריצים, quod epitheton Iohanni plurimum tribuit Gorionides Hiſtoricus Hebræus. nunc muto, & indubitanter de Simone hæc intelligenda eſſe ſtatuo ex ipſa Hiſtoria. ſolus enim Simon triumpho ſeruatus eſt, Iohanne ad perpetuos carceres damnato, Ioſep. lib. 7, cap. 46:

Σίμων δὲ πολλὰ διαμαχήσας πρὸς τὴν ἀνάγκην ὡς διὰ τῶν ἑξῆς δηλώσομεν ἑαυτὸν παρεδίδωσιν. ἐφυλάχθη δὲ ὁ μὲν τῷ θριάμβῳ σφάγιον, ὁ δὲ ἰωάννης δεσμοῖς αἰωνίοις.

I In Giora hæreo ac dubito propriũ nomẽ ſit an pater Simonis ex iis fuerit qui Gioræ vocabantur. Euſeb. Hiſtor. eccleſ. lib. 1. cap. 7

τὸ γένος ἀνάγειν ἐπὶ τοὺς πατριάρχας ἢ προσηλύτους, τούς τε καλουμένους

μένους γειώρας τοὺς ἐπιμίκτους.

Iuſtinus Martyr in diſputatione πρὸς τρύφωνα·

ταῦτα ὑμεῖς μὲν εἰς τὸν γηόραν καὶ τοὺς προσηλύτους εἰρῆσθαι νομίζετε.

In lingua Syrorum גיורא προσήλυτος. Theodoritus ad Exod. Quæſt. 24.

καὶ γὰρ προσηλύτους μεταλαγχάνειν τοῦ πάσχα προσέταξεν· γιωρὰν γὰρ τὸν προσήλυτον ἐκάλεσε·

Non γιώρα ſed γὴρ. hoc Hebraicum, illud Syrum eſt, cum pace dixerim Theodoriti. Porrò apud Ioſephum vt ſit proprium Giora, magis inclinat ſententia.

Cap. VI.

De Sadvcæis.

A. Vnde dicti. B. correcta ſcriptura vulgaria. C. Epiphanij locus. D. Hæreſis eorum quænam fuerit. E. vnde primùm cœperit.

DE Saducæorum nomine ac doctrina, etſi ſatis plana res eſt, obſeruabo tamen aliquid, quod ante me nemo obſeruauit. ac primùm de nomine Theophylactus: A

Σαδδουκαῖοι ἑρμηνεύονται δίκαιοι· σεδὲκ γὰρ δικαιοσύνη. δικαίους γὰρ ἑαυτοὺς ὠνόμαζον· ἢ ἀπὸ αἱρεσιάρχου Σαδὼκ ὀνομάζονται.

Duplex ſententia: prior dicit quòd appellati ſint Saducæi à iuſtitia. Nam iuſtitia Hebraicè Sedec dicitur: altera dicit, quòd ſic appellati ſint ab Hæreſiarcho Sadoc. hæc vera eſt. In Lexico iuris:

וקראו צרוקים על שם צרוק

id eſt, Vocati ſunt Saducæi de nomine Sadoc. Hic obiter obſeruo, B

ſcribendum Saducæi vnica, d, non Sadducæi. id eruo ex ſcriptura nominis Sadoc; 2 Sam. 8, 17. Nam ſcilicet idem nomen fuiſſe & ei, à quo ſecta appellata eſt. Porrò à Sadoc qui ſcribit Sadducæi, peccat bifariam; primùm quia literam conſonantem geminat tanquam per daghes: deinde quia legit patach ſub tſade cùm ſit camets. Hoc poſito, quæramus quis fuerit Sadoc iſte? Nam ignotum hoc vulgo. Vir doctus in notis ad Auguſtini libellum De hæreſibus ex Epipha- C

nio ita ſcribit:

„ Saducæi tanquam iuſtitiarij aut iuſti dicti ſunt, vel à Sadoc ſum-
„ mo ſacrificatore.

Digitized by Google

Si hoc dicit Epiphanius, fruſtra eſt, ſed meo animo non videtur hoc dicere. Ponam ipſius verba:

ἦν δὲ καὶ Σαδοὺκ τὶς τοὔνομα κατὰ τὸ παλαιὸν τῶν ἱερέων· ἀλλ᾽ οὐκ ἐνέμειναν οὗτοι ἐν τῇ τοῦ ἐπιστάτου αὐτῶν διδασκαλίᾳ·

id eſt, Fuit priſcis temporibus ſacerdos quidam nomine Sadoc. ſed non manſerunt iſti in præſulis ſui doctrina.

Quod Epiphanius hic ait, veriſſimum eſt: Sadoc autem à quo Saducæi, diſcipulus fuit Antigoni Sochæi. R. Nathan in vitis patrum. Iehielides in Lexico iuris. Elias Germanus Tiſbite. Amplius reperio citatum ex libro Alcoſder Iudæ Leuitæ.

„ Ezdras Cabalam tradidit Simeoni Iuſto: is Antigono, & ſocijs
„ ipſius, è quibus Sadoc & Baithos hæreſiarchæ, vnde Saducæi &
„ Baithuſæi.

D Hæc de nomine: in quo falluntur qui à iuſtitia appellatos cenſent Saducæos. De doctrina res clarior. Negabant reſurrectionem argumentis ab abſurdo Matth. 22, 23. à non ſcripto, vt quod refutat ibidem ὁ σωτήρ.

Item dicebant, Si patres noſtri ſciuiſſent mortuos reſurrecturos, & præmia manere iuſtos poſt hanc vitam, non tam ſæpe rebellaſſent. Iehielides in loco memorato: Reijciebant traditiones patrũ, adeoq. omnem omnino Legis expoſitionem. Ioſeph Ben Gorion Hiſtor. ſuæ lib. 4 cap. 29.

הנה הצדוקים אומרים לא נאמין ולא נשמע לכל מסורת ולכל פירוש כי אם לתורת משה לבד:

id eſt, Ecce Saducæi dicebant, Ne credamus neque auſcultemus vlli traditioni, aut vlli expoſitioni, ſed tantum legi Moſis. Elias Leuita Germanus in Tiſbite:

כפרו בתורה שבעל פה ולא האמינו רק מה שכתוב בתורה שבכתב עלכן קורין להם קראים לשון מקרא:

id eſt, Negabant legem oretenus traditam, & non credebant, niſi quod extat in lege ſcripta: Ideo vocati ſunt Caraim. nam μικρᾶ ſcriptura.

De Phariſæis aſſeuerabant quòd ſe miſerè affligerent in hac vita propter traditiones, neque tamen in altera vita, quod eſſe credebãt, mercedem inde vllam reportarent. Nathan Iuſtus Iehielides, Nata hæc hæreſis ex dicto quodam Antigoni fortaſſe ſequius accepto quàm ipſe

quàm ipſe intellexerat. Meminit Iehielides,& extat in Sententijs patrum.eſt autem huiuſmodi:

אל תהיו כעברים המשמשים את הרב על מנת לקבל פרס אלא הוו כעברים המשמשים את הרב שלא על מנת לקבל פרס ויהי מורא שמים עליכם:

id eſt,Nolite ſimiles eſſe ſeruis ijs,qui ſeruiunt domino pro mercede: ſed eſte ſimiles ſeruis ijs, qui ſeruiunt quidem domino, non tamen pro mercede. ſitque timor cœli ſuper vos.

Sed de his ſatis ſuperque.

CAP. VII.

IN ACTIS LOCVS ILLVSTRATVS.

Elymas quid?

Locus eſt ſubobſcurus Act. 13, 8: cui lucem dabo hoc capite de coniectura. Nam verba illa:

Ἀνθίστατο δὲ αὐτοῖς Ἐλύμας ὁ μάγος, οὕτω γὰρ μεθερμηνεύεται τὸ ὄνομα αὐτοῦ·

mirè torquent quoſdam interpretes, & nectunt nodum, quem ſi quis ſoluet dicendo quòd μάγος ſit interpretatio nominis ἐλύμας, campas loquitur, niſi idem oſtendat ἐλύμας magum ſignificare. hic coniectura adfertur non ad meum guſtum ἐλύμας אל יועץ id eſt Dei conſiliarius. melior eſt, quam ponam, niſi fallor: ἐλύμας id eſt עָלִימָא magus, ſapiens. quæ ſignificatio vocabuli adhuc hodie manet apud Arabes. Nam Arabicè אלעלם σοφία, vnde אל עלם אלטבעי φυσικὴ σοφία ars phyſica,& אל עלם אלהי theologia. Si qua alia coniectura, in qua mihi placeo, ea eſt hæc, & puto veram eſſe. Ελυμα & ἐλύμας vt ἀκύλα & ἀκύλας. poſterior terminatio Græca eſt, altera Chaldaica.

CAP. VIII.

A. El. B. Iuſtinus emendatus. C. item Epiphanius. D. locus in euangelio ſecundum Marcum expoſitus. E. Emmanuel. F. Theodoriti locus ſuſpectus de mendo. G. Il ſiue Ilus.

EL ad ſenſum θεὸς, vt in verbis Chriſti Eli Eli lamma ſabachthani,quod ab euangeliſta interpretatur: A

„ Deus meus,Deus meus,quare dereliquiſti me?

ad verbum δύναμις aut ἰσχύς. In fragmentis veterum Interpretum ad Pſal. 22 Aquila:

ἰσχυρέ

ἰσχυρέ μου ἰσχυρέ μου·

poſt quem Hieronymus Num. 16 pro eo quod in Hebræo legitur El elohe haruhoth, Latinè tranſferendo dixit:

fortiſſime Deus ſpirituum.

In Cantico Mariæ *ὁ δυνατὸς* id eſt הָאֵל Ergo *ἢλ* fortis. *τὸ δὲ ἀκριβὲς* vt Euſebij verbis vtar, quæ eſt accuratior huius vocis explicatio El, fortitudo aut potentia, quo ſignificatu hoc nomen occurrit Prouerb. 3, 23 Mich. 2, 1. vide Euſeb. *ἀποδειξ·* lib. 10. Idem *προπαρασκ.* lib. *ια.*

ἐλωῒμ καλοῦσι παρὰ τὸ ἤλ, ὡς ἔοικε. τοῦτο δὲ ἑρμηνεύουσιν ἰσχὺν καὶ δύναμιν·

B Iuſtinus Martyr dialogo *πρὸς τρύφωνα* in voce Iſraël,

τὸ γὰρ ἴσρα ἄνθρωπός ἐστι, τὸ δὲ ἢλ δύναμις·

locus non caret vitio, ita corrigendus:

τὸ γὰρ ἴσρα ἄνθρωπός ἐστι νικῶν, τὸ δὲ ἢλ δύναμις·

correctio certa ex illo ipſo loco. Nam præcedit:

καὶ τὸ οὖν ἰσραὴλ ὄνομα τοῦτο σημαίνει ἄνθρωπος νικῶν δύναμιν·

ſententia Iuſtini Iſraël dictus quaſi איש שרה אל homo vincens po-
C tentiam. Epiphanius *κατὰ Ὀσσηνῶν*, quos alij Eſſęos vocant:

φαντάζονται δὲ δῆθεν καλεῖν τοῦτον δύναμιν ἀποκεκαλυμμένην διὰ τὸ ἰὴλ καλεῖσθαι δύναμιν, ξαὶ δὲ κεκαλυμμένον·

Interpretatur nomen *ἠλξαί*. Igitur legendum *ἢλ* non *ἰὴλ*. item legendum *δύναμιν κεκαλυμμένην* אל כסי ita poſtulante ſententia. Ex
D hac nota intelligendus locus qui eſt Mar. 14, 62.

καὶ ὄψεσθε τὸν υἱὸν ἀνθρώπου καθήμενον ἐκ δεξιῶν τῆς δυνάμεως·

τῆς δυνάμεως הָאֵל id eſt *τοῦ θεοῦ* videbitis filium hominis ſedentem
E ad dexteram potentiæ, id eſt Dei. Huius loci eſt *ἐμμανουὴλ* in quo obſeruanda pronuntiatio antiqua Emmanuel pro Immanuel. Sic
F ebri ſonabát pro ibri, id eſt עִבְרִי. Theodoritus in Geneſin Quæſt. 60

μετὰ γὰρ τὴν τοῦ λὼτ αἰχμαλωσίαν, ἐλθεῖν τις φησὶ ἀπήγγειλεν Αβραμ τῷ περάτῃ· τοῦτο δὲ παρὰ τῷ ἑβραίῳ κείμενον εὗρον ἔβρει·

Hoc verum. ſed quod paulò antè ait:

Εβερα γὰρ τῇ Σύρων φωνῇ, ὅπερ εὐφράτης ὀνομάζεται·

falſum eſt, niſi legas:

Εβρει γὰρ τῇ Σύρων φωνῇ ὁ περάτης ὀνομάζεται·

τὴν Σύρων φωνὴν intellige, vt cùm ait *Αδὰμ γὰρ τὴν ἐρυθρὰν γῆν ἔθος*

ἔθος τοῖς Σύροις καλεῖν. τοῖς Σύροις ἤγουν τοῖς ἑβραίοις. eſt enim Adama Hebræorum proprium verbum. Igitur ἐμμανουὴλ ἀρχαϊκῶς pro ἰμμανουὴλ. Vide ſequens caput. Ita ſcriptum eſt Matth. 1, 23

καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Εμμανουὴλ· ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον μεθ' ἡμῶν ὁ θεός.

Interpretatio clara. עִם μετὰ, נוּ ἡμῶν, אֵל θεός.

Pro אל Syri etiam dicunt אֵיל quod reperies in eorum libris Matth. G
27, 46: & Mar. 15, 34. rectè an ſecus, neſcio. Nam adducor vt putem ibi reponendum אֱלִי tranſpoſitis literis, quemadmodum oſtendam ſuo loco. alioqui ἰλ pro ἢλ purum putum Syriacum, à quo ἶλος creditus à Phœnicibus υἱὸς οὐρανοῦ καὶ γῆς, qui à Græcis κρόνος, id eſt Saturnus vocatur. Sanchuniatho vir antiquiſſimus, aut potius eius interpres *Philo* Byblius in hiſtoria Phœnicum:

παραλαβὼν δὲ ὁ οὐρανὸς τὴν τοῦ πατρὸς ἀρχὴν ἄγεται πρὸς γάμον τὴν ἀδελφὴν γῆν, καὶ ποιεῖται ἐξ αὐτῆς παῖδας δ'. ἶλον, τὸν καὶ κρόνον καὶ βέτυλον &c.

Cap. IX.

A. Simon. B. Simeon. C. Theophylacti ἁμάρτημα.

SIMON. Nomen hoc variè ſcribitur Græcis σίμων, σιμεὼν & συμεὼν. Hebræis vnica & conſtans ſcriptura שִׁמְעוֹן. Scriptura prior non caret exemplo. Nam veteres ſcilicet aſpiratam ע in medio ſolitos abſcondere. Itaque שוחא dicebant pro שַׁעֲוָא. teſtis Dauid Grammaticus in Commentarijs ſuper Pſalmos. Non minus abſurdum erit, ſi quis dicat eoſdem vſitaſſe σίμων contractè pro σιμεὼν, licet eius contractionis exemplum apud Hebræos in hoc nomine mihi nondum obſeruatum ſit. A

SIMEON. σημεὼν aut σιμεὼν. poſterior ſcriptura melior. In vtraq. videtur ε poſitum loco ע; quod non dicerem niſi certò ſcirem veteres vſos fuiſſe hac litera pro vocali. ſed hoc leue. Addam aliud, ne inane hoc caput. B

Locus eſt Matth. 10 in Theophylacteis, qui noſtram hic ſubibit C
cenſuram:

τρεῖς Σίμωνες. ὁ Πέτρος, ὁ Κανανίτης, καὶ ὁ προδότης. Σίμων γὰρ Ἰούδας ἰσκαριώτης ἐλέγετο·

dicit in numero Apoſtolorum tres Simones fuiſſe. Nec probat

Ioh. 12, 4 lectum:

ἰούδας Σίμωνος ἰσκαριώτης. & 6, 71. ἔλεγε δὲ τὸν ἰούδαν Σίμωνος ἰσκαριώτην.

vt dubium non ſit, quin Iudas habuerit patrem Simonem. Nam σίμωνος id eſt Simonis filius: at ἰούδας σίμων ἰσκαριώτης nuſquam repertum, quod ſciam. Quare fruſtra eſt Theophylactus.

CAP. X.

A. Vocis Satan variæ interpretationes veterum. B. Quid propriè ſignificet. C. Diabolus. D. νας pro νααs. E. mos abſcondendi literas aſpiratas in media.

A ΣΑ'ταν Hebraicè שָׂטָן. Interpretatur à Græcis ἐνάντιος, ἀντικείμενος, διάβολος, παραβάτης, ἀποστάτης: à Latinis Contrarius, tranſgreſſor, aduerſarius.

Ἐνάντιος, id eſt contrarius. Origenes tract. 1° in Matthęum, Hiero. in lib. De nom. Hebr. & in Comment. Matth. 16.

ἀντικείμενος. id eſt aduerſarius. Origenes lib. 10 ad Rom. Hom. 15 in Ieſum Naue. Chryſoſtomus hom. 26 in epiſt. ſecundam ad Corinth. Hieron. paſſim in Collectaneis nominum Hebraicorum.

διάβολος. Num. 22 לְשָׂטָן LXX εἰς διαβολήν. Vide annotationes Eraſmi Ioh. 6, 70.

παραβάτης, id eſt tráſgreſſor. Hieron. in Satan ex epiſt. ad Romanos: & ex Apocalypſi.

ἀποστάτης. Irenæus lib. 5, aduerſus Hæreſes: Iuſtinus Martyr in diſputatione cum Tryphone.

B Theophylactus Matth. 12 σατᾶν λέγεται ὁ ἀντικείμενος. optima interpretatio vocis. Dauid Grammaticus in libro vbi dictionum ſenſa collegit:

שטן לשון איבה

Hoc vult, Satan ſignificat ἔχθρον καὶ ἀντικείμενον, hoſtem, inimicum, aduerſarium. Itaque de Petro legitur ὕπαγε ὀπίσω μου σατανᾶ: quod Chriſto temerè aduerſaretur. Veriſſimè Origenes:

„ Omnes, ait, qui aduerſantur diuinæ voluntati, Satanæ dici „ poſſunt.

Igitur Satan Dei ac generis humani hoſtis. Greco vocabulo etiam C διάβολος vocatur, ſed alia ratione: Satan dicitur tanquá aduerſarius: Diabolus

Diabolus tanquam criminator. Non enim idem eſt aduerſari & criminari. Criminatio ſine verbis non fit: aduerſari & verbis & factis poſſumus. Hieronymus Iſa. 27.

„ Tradunt Hebræi diabolum, id eſt criminatorem, quod Græcum
„ nomen eſt; Hebraicè appellari Satan, hoc eſt aduerſarium. Vnde
„ & in Zacharia dicitur, Stabat Satan, id eſt aduerſarius, à dextris eius
„ vt aduerſaretur ei.

Qui ἀποστάτην vertunt, vt Irenæus & Iuſtinus, videntur deducere à verbo שט quod deficere ſignificat, vt Nun ſit heemanthicum. ſic Grammatici appellant literas, quæ extrinſecus accedunt ad thema formandis nominibus. Iuſtinum induxit terminatio Græca σατάνας, vt compoſitum putarit ex שט ἀποστάτης & νας τοῦτ' ἐστὶ ὄφις. prorſus D ineptè. ex quo tamen hoc diſcimus νᾶς ἀρχαϊκῶς pro ναας, id eſt נחש.
Ita ſolitum antiquis euphonię quaſi gratia abſcondere literam Heth E in medio. Sic reperio אשת pro אחשת apud Magiſtros. Vide, ſi vacat, Cimhium ad pſal. 35.

Cap. XI.

A. Baal. B. Hieronymus correctus. C. Beel ſiue Bel. D. Beelzebub. E. Vnde dictus? F. Statua deorum qua forma olim fuerint. G. Beelzebub quid?

BAAL, Iuppiter planeta quaſi κύριος καὶ δεσπότης: Hebraicè בַּעַל. A Epiphanius κατὰ φαρισαίων.

ζεὺς κοχὰβ βαάλ:

id eſt כּוֹכָב בַּעַל. vult dicere, Iouem planetam antiquitus Baal vocatum, quem hodie Sedec indigitant à iuſtitia. eſt autem in βααλ ſignificatio dominatus. quam expreſſit Apoſtolus Corinth. 8, 5.

εἰσὶ θεοὶ πολλοὶ καὶ κύριοι πολλοί.

κύριοι id eſt βααλιμ. In lib. De nom. Hebraicis ex epiſt. ad Romanos: B

Bal habens ſiue deuorans:

legendum Baal. poſſet excuſari bal pro baal contractè, vt bel pro beel, niſi in baal conſentirent libri omnes Græci & Latini: Rom. 11 quem locum ibi Hieronymus laudat.

Baal quod modò expoſuimus, Syriac Babylonij efferunt Beel, id eſt C בְּעֵל, & contractius Bel ex more antiquo. Suidas in Beelphegor:

βὴλ ὁ κρόνος.

Malim ὁ ζεὺς. quanquam de eo non contenderim. hinc Beelzebub
D Matth. 10, 25 in Latina vulgata, quomodo legendum monuit iam olim Hieronymus. monuere alij, qua de re dicam ſententiá meam in fine huius capitis. Huic noſtræ literæ tribuunt principatum inter Dęmonas, quem Chaldæus paraphraſtes tribuit Aſmodæo Cohel. 1, 12. Dici aiunt ab idolo Acaronitarum, cuius mentio 2 Reg. 1,
E 2. Nam beel, id valet baal, & zebub, muſca; quaſi dicas ζεὺς μυῖα Iuppiter muſca. Quæri poteſt vnde ita appellatus ſit? an quia ſimili-
F tudinem habebat muſcæ? Nam veteribus mos fuit vt ſtatuas deorum ſculperent ea forma, quæ corpore hominem referebat: capite autem & facie animal aliquod, puta aut auem aut leonem aut muſcam vel contrà facie humana referebat cætera parte corporis aliquod animal. Porphyrius περὶ τ͂ τῶν ἐμψύχων ἀποχῆς claris verbis hoc teſtatur. quæ verba hîc ſubijciam:

διὸ εἰς τὴν θεοποιΐαν παρέλαβον πᾶν ζῶον, καὶ ὁμοίως που ἀνέμιξαν θηρεία καὶ ἀνθρώπους, καὶ πάλιν ὀρνέων σώματα, καὶ ἀνθρώπων. εἴκασται γάρ τις παρ' αὐτοῖς μέχρι τραχήλου ἀνθρωποειδής. τὸ δὲ πρόσωπον ὀρνέου ἢ λέοντος, ἢ ἄλλου τινὸς ζώου κεκτημένον. καὶ πάλιν αὖ κεφαλὴ ἀνθρώπειος, καὶ ἄλλων τινῶν ζώων μέρη.

G Cæterum pro Beelzebub, Græci ſcribunt βεελζεβοὺλ, quam ſcripturam ego omnino retinendam cenſeo, tantiſper dum quis probauerit eam à ſcribis corruptam fuiſſe, & non ab vſu & vulgo. Nam ſi ab vſu eſt illius temporis, & Euangeliſtę eam retinuerunt, cur nos mutabimus? Igitur βεελζεβοὺλ id valet ζεὺς κοπρικὸς à ſtercore, quaſi dicas Iuppiter ſtercorarius. ego imbibi medio tẽpore ſic appellatum fuiſſe nomen Accaronitarũ per contemptũ, qood in vetere Teſtamento vocatur Baalzebub. notum vt Idola ſtercora vocentur à prophetis. Hæc mea coniectura eſt, quam puto veram eſſe, & ita opto Deum animæ meæ propitium.

Cap. XII.

A. Bethania. B. Beth-eſda. C. Bethſaida. D. Bethphage. E. mendum indicatum in exemplaribus Græcis.

A A Beth voce quæ domum locúmue ſignificat, compoſita receſebo hoc capite nomina quatuor, Bethania, Beth-eſda, Bethſaida,

Digitized by Google

ſaida, Bethphage, in quibus explicandis ſiquid dico præter alios interpretes, debeo ijs, qui nobis primi dederunt editionem Syriacam, quæ non parum nos adiuuit in argumento quod tractamus.

Βηθανία. Syrus בית עניא. In libro De nominibus Hebraicis.

,, Bethania domus afflictionis eius.

id eſt בֵּית עֲנִיָּה. tu expunge pronomen. Ania afflictio, vt in Prouerbio Talmudico, Ania batar ania: quod tantundem valet ac ſi dicas, Mala malis ſuccedunt. malim, Beth-ania, domus ouium. Fortè ab ouibus dicta, quòd ibi multæ eſſent oues. Ioh. 1, 28. in Latina vetere: Hæc in Bethania facta ſunt trans Iordanem, quomodo etiam ſcriptum reperimus in codice Syriaco. Libri Græci variant. Veteres omnes *ἐν Βηθανίᾳ*: ſed viſa quibuſdam hæc lectio vitioſa, quòd Bethania fuerit cis Iordanem. Itaque reponunt *ἐν Βηθαβαρᾶ* ex alijs libris. Chryſoſtomus, Theophylactus, Suidas. Apud Epiphanium *κατὰ ἀνοήτων* legimus *Βηθαμαρᾶ* vitio, credo, chalcographię pro *Βηθαβαρᾶ*.

Βηθεσδᾶ. In Syriacis ביתחסדא Ioh. 5, 2 id eſt Domus gratiæ aut benignitatis. nomen accommodum loco in quo aquæ motu ſanabantur ægroti, quod argumentum diuinæ gratiæ ac benignitatis longè maximum. poteſt etiam reddi Domus miſericordiæ. alij ſcribunt בית אשדא. ſed fallor, aut prior ſcriptura vera eſt. B

Βηθσαϊδᾶ. ita ſcribendum non *Βηθζαιδᾶ*. Syrus בית צידא In lib. De nom. Hebr. C

,, Beth-zaida domus venatorum.

alij cenſent dictam à piſcatu propter frequentes lacus & ſtagna. Ioh. 5, 2. vitium eſt in hoc nomine. Nam ſcriptum Beth-ſaida pro Beth-eſda in Latina vulgata.

Βηθφαγη. בית פאגי: In Lexico iuris בית פאגי שם מקום חוץ ירושלים D
id eſt Bethphage locus eius nominis extra Ieruſalem. Græca pleraque exemplaria *Βηθ-σφαγη*, quomodo etiam ſcriptum legimus apud Iuſtinum *θεὸς τρύφωνα*, ſed mendoſe. In eodem Lexico: E

חומת בית פאגי

exponitur, murus Ieruſalem. Apud Syrum בית פאגא.

Cap. XIII.

Eli Eli Lama ſabacthani. A. Vtrum Chriſtus pendens in cruce Eli Eli dixerit, an Eloi, eloi? B. mos Græcus ſcribendi chirec maius

C. De camets, eiuſque ſono antiquo. D. Sabacthani ſcribendum non Sabachthani. E. Hieronymus notatus, & alia pauca.

A MATTH. 27, 46. Περὶ δὲ τὴν ἐννάτην ὥραν ἀνεβόησεν ὁ Ἰησοῦς φωνῇ μεγάλῃ, λέγων·

Ηλὶ ἠλὶ λαμὰ σαβαχθανί. τοῦτ' ἔστι·

Θεέ μου θεέ μου ἱνατί με ἐγκατέλιπες;

id eſt Deus mi, Deus mi, propter quid me deſeruiſti?

Marci 15, 34.

Ελωὶ Ελωὶ λαμμᾶ σαβαχθανὶ, ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον·

Ο θεός μου ὁ θεός μου εἰς τί με ἐγκατέλιπες;

In verbis ecce Hebraicis varietas eſt. Nam pro Eli Eli, quod eſt apud Matthæum, Marcus habet Ελωὶ Ελωί. Si quæres vero modo pronuntiarit Chriſtus, reſpondeo ἐλωΐ magis Syriacum eſſe: tamen ἠλὶ ἠλὶ ſeruat Ieroſolymitana pſal. 22, vbi Syriaca quam laudat in Introductione eius linguæ Theſeus Ambroſius ex Albonenſibus Comes אלהי אלהי id eſt Elohi Elohi. Non ſum diuinus, tamen conijcio Chriſtum dixiſſe potius Eli Eli, quod ad Eliæ nomen propius accedit: eo magis quia Euſebius citans Marci verba non Eloi legit, ſed vt in Matthæo quædam exemplaria ἠλεὶ ἠλεὶ, ἀποδείξ. lib. 10.

B Eli Eli id eſt אֵלִי אֵלִי Hebraicum pariter & Syrum. Syri etiam איל dicunt. vide ſupra capite 8, & pſal. 22, 1.

ἠλὶ ſcriptura alia ἠλεί. vtraque rationem habet ex antiquitate. Nam antiqui Chirec maius, quale eſt in אֵלִי exprimebant modò per ει modò per ἰῶτα. De ἰῶτα exempla habes apud Epiphanium in κανανι quod Hebraicè ſcribitur קַנָּנִי, & apud Euangeliſtas ῥαββωνὶ רַבּוֹנִי: σαβαχθανι שְׁבַקְתַּנִי, μελχισεδὲκ מַלְכִּי־צֶדֶק. De ει ſunt, ἑβρεὶ עִבְרִי apud Theodoritum, ὠλειμεὶμ עוֹלָמִים in Exaplis Iſa 26: βααλείμ, & quæ alia à nobis obſeruata ſunt in libro De pronuntiatione veterum. Igitur ἠλὶ & ἠλεὶ eadem ſunt. Sic ῥαββὶ & ῥαββεί. ſic χερουβεὶμ & χερουβὶμ, quæ Moſchopul⁹ differre ait, eo quòd χερουβεὶμ ſit numeri ſingularis, χερουβὶμ verò numeri pluralis: imperitè, cùm vtrumque ſit numeri multitudinis.

C ἐλωὶ id eſt אֱלָהִי pronuntiatione vetere vt ὠδώμ אֱדֹם apud Ioſephum: Atto אַתָּה, & Lecho לָךְ apud Hieronymum. habet enim mixtum ſonum hæc vocalis inter a & o; ſonatque propriè a obſcurum. hodie Iacobitæ (Syrorum ea gens eſt) perpetuò efferunt per o, vocalem

quam

quam O dom vocant, quæ reſpondet Hebræorum camets.

λαμα. Hic libri mirè variāt. Quidā λιμᾶ. alij λεμα, id eſt לְמָא: pleriq; λαμμᾶ. Apud Dauidem eſt לָמָּה id eſt λαμᾶ aut λαμμα. In Ieroſolymitana לְמָנָא id eſt λεμανᾶ. Chaldæorum לְמָא ex ſono antiquo ſcribi poteſt λαμα, Lat. vulg. Lamma.

Σαβαχθανι error à librarijs. ſcribendum σαβακθανι שבקתני. Nam D
σαβαχθανι. id eſt שבכתני. ſic antiqui diſtinguebant has literas. In Latina vetere Lamma Azabthani. lectio à patre Hieronymo. In lib. De nom. Hebraicis.

Eli Eli Lamma azabthani:

" Deus meus, Deus meus, quare dereliquiſti me?

Stomachum mihi facit Hieronymus qui tam temere ſollicitet ſcri- E
pturas Græcas. Adeóne [illegible] Chriſtum locutum Syriacè? Ex eius officina eſt Beelzebub & Belial in libris Latinis. Hebraica haud dubiè vox Azabthani; reponenda Syriaca σαβακθανι ex libris Græcis.

θεέ μου. alibi ſcriptum ὁ θεός μου, vt in Euangelio ſecundū Marcum. In quibuſdam exemplaribus θεέ θεὲ abſque pronomine; ſed pronomen addendum ex libris melioribus, eo magis quia in Hebraicis eſt, nec caret emphaſi. Apud Syrum pro אֵיל אֵיל videtur quoque reponendum אלי אלי ex interpretatione. alioqui אֵיל Syriæ haud inſolitum verbum.

Cap. XIIII.

De Mamona.

A. Vnde nomen ſortitū ſit. B. Vera ſcriptura inueſtigata. C. Quid Chaldæis. D. quid Pœnis ſignificet? E. Mamona iniquitatis?

IN hoc capite dicam de Mamona, eiúſque apud Chaldæos ſcriptura ac ſenſu. eſt enim vocabulum Chaldaicum ſiue Syriacum. Primum quæro μαμμωνᾶ ſcribendum an μαμμωνα? vtraque enim ſcriptura reperitur in libris Grecis. In Latinis ferè eſt Mammona. aut me animus fallit, aut rectè diuino ממונא ab אמן argumēto firmitudi- A
nis iuxta prouerbium,

הוֹן עָשִׁיר מִגְדַּל עֻזּוֹ

quemadmodum Hebraicè opes vocantur חַיִל à robore. Si hoc rectè, B
ſcribi

ſcribi quidem poteſt *μαμμωνᾶ* videlicet מַמּוֹנָא,ac defendi exemplo מַלִּיף quod eſt ab אלף, de quo non contenderim: tamen malo *μαμωνᾶ* duabus de cauſis. primùm quia reperio מָמוֹנָא ſub Mem camets in omnibus libris Chaldæorum: deinde quia me docuit Grammatica, ſi prima radicis Aleph, magis eſſe vt quieſcat, quàm vt indicetur per daghes. Igitur מָמוֹנָא more contrahendi in eo ordine vſitato pro מָאמוֹנָא ſimile vt מֵימְרָא pro מֵאמְרָא ſermo ab אמר. Tantum de ſcriptura. venio ad ſenſum.

C Hieronymus Matth. 6

„ Mammona ſermone Syriaco diuitiæ nuncupantur.

Suidas:

μαμωνᾶς, χρυσός, γήϊνος πλοῦτος. diuitiæ id eſt עַתְרָא. *χρυσὸς* id eſt דְּהַב. In Chaldæorum Targumin declaratio eſt *τῶν* בֶּצַע הוֹן וּרְכוּשׁ. quorum vnum lucrum ſignificat, alterum opes, tertium exponit Dauid Grammaticus dicens eo nomine non ſolùm aurum & argentum, ſed res omnes mobiles & pecora contineri. In lucro conuenit vox Punica. Nam Pœni lucrum Mamon vocant. Auguſtinus ſermone 35 De verbis Domini, & lib. 2 ſuper ſermone Domini in monte. Apud Iuriſconſultos דיני ממונות iudicia pecuniaria. עֹנֶשׁ בְּמָמוֹן multa pecuniaria. Lexicon Eliæ:

ממון בלה״א האבא בלעז רובא

Mamon Germanicè Haue: Italicè *Robba*

E Mamona iniquitatis Luc. 16, 9. *μαμωνᾶ τῆς ἀδικίας*, id eſt מָמוֹנָא דְעַוְלָא. ita Syrus tranſtulit: aut מָמוֹן דִּרְשַׁע Ionathan Hab. 2, 9: aut מָמוֹן דִּשְׁקַר. idem Hoſ. 5, 11. ſed hoc poſtremum propriè ſignificat opes vanas ac fallaces. Porrò apud Euangeliſtam variè exponitur. mea ſententia Mamona iniquitatis capiendum ex ſimilitudine qua ibi vſus Seruator. qua de re dicam plenè aliàs.

CAP. XV.

DE MARIA.

A. Scriptura vetus. B. mos Græcorum deprauandi nomina barbara. C. Hieronymus notatus. D. Idem correctus. E. Mariam quid?

A HOc caput Mariæ ſacratum erit: in cuius nomine explicando fruſtra fuit antiquitas, etiam Hieronymus doctiſſimus alioqui ac ſanctiſſimus vir.

Scriptura

Scriptura vetus *μαρια* aut *μαριαμ*. hæc terminatio Hebraica, illa Græca eſt. Vtraque reperitur in nouo Teſtamento. Apud Ioſephum etiam *μαριαμὴ* de ſorore Moſis. Ezechiel poëta tragicus:

Μαριὰμ δὲ ἀδελφή μου κατώπτευεν πέλας. &,

Μαριὰμ ἀδελφὴ προσδραμοῦσα βασιλίδι.

In libris antiquis Hebræorum *μιριαμ*, quod ſine punctis ſcriptum מרים, media ætas *μαριὰμ* ſonabat ex proprietate idiomatis Syriaci, quod mutat i in a: ex quo poſtea factum *μαρία*, an à Græcis, quibus B
in more deprauare barbara nomina? Sic *ἀννίβας*, *ἀσδρούβας*, Annibal, Aſdrubal. nam apud eos nullum nomen deſinit in λ aut μ. an ex more breuiter ſcribendi מרְי pro מרְיָם? Nihil decerno. hoc tantum, quod non dubito affirmare. Nam cùm Maria [redacted]ta vox [redacted], [redacted] [redacted]
niſi apud Græcos reperta, [redacted]onymus in libro De nominibus Hebraicis ita ſcribens: C

„ Mariam plærique æſtimant interpretari illuminant me iſti, vel
„ illuminatrix, vel ſmyrna maris, ſed mihi nequaquam videtur.
„ Melius autem eſt, vt dicamus eam ſonare ſtellam maris, ſiue
„ amarum mare: ſciendumque quòd Maria ſermone Syro Do-
„ mina nuncupatur.

Quæ hîc dicit, refelli poſſunt ex ſcriptura Syriaca. Non enim מרא ſcribunt Syri, ſed מרים. clarè liquet ex illius idiomatis teſtamento. Quod autem ait, Melius eſt vt dicamus eam ſonare Stellam maris: rectène ſcriptum, an legendum, fel maris? nam מרא fel & amarum; D
ſtellam nunquam ſignificat. Scripturam dixi, [redacted] E
[redacted]. vellem poſſem veram interpretationem dare, quæ non in vetere, non in nouo Teſtamento vſquam expreſſa. Si diuinandum ſit, crediderim dictam quaſi exaltatam à verbo רום, quod exaltare ſignificat. Quid ni credam? Caninius ante me prolixè fidem fecit. Non ſim homo, ſi verbum addam in re non maioris momenti.

Cap. XVI.

A. Gehenna. B. Euſebius correctus. C. item Origenes. D. quid Hennom. E. Vocales non ſemper adſcriptas fuiſſe. F. Gehenna, infernus, & cur? G. Gehenna ignis quid ſit, explicatum.

ΓE'ννα. Veritas ſcripturæ *γιενναμ*. ex Hebræo *γιεννομ*, quod ſonat A
Vallis Hennom. Nam veteres ſcilicet Hennom dixiſſe pro Hinnom. &

nom. & eſt ſanè alterna migratio inter has vocales, vt id mirum videri nemini debeat. Euſebius an Hieronymus? de locis Hebraicis:

B ,, Geennom quod interpretatur, vallis Ennom, & ab hac quidam
,, putant appellatam Geennam.

Vulgo, Ennon & Geennon cum n, in fine, & literis Hebraicis à correctore Canonico גיא חנן, ſed perperam. Geennom id eſt γαιεννομ. Nam Græci aſpiratione media præterquam in ῥ non vtuntur. manſit poſtea ſpiritus lenis in Ennom ex hac cauſſa. Origenes in 23. Matth.

,, Quæ ſit hæc Gehenna, & in quo loco ſcripturarum prius eſt
,, nominata, qui poteſt requirat, maximè in diuiſione hæreditatis
,, Ieſu filij Naue; vbi interdum quidem appellatur Vallis filiæ
,, Non, interdum autem Vallis Ennom, quę eſt Gehenna. Ge-
,, henna enim eſt vallis.

C Verba hæc adduxi Origenis bono. corrupta enim ſunt, & legenda ad hunc modum:

,, - - - vbi interdum quidem appellatur vallis filij En-
,, nom, interdum autem vallis Ennom, quæ eſt Gehenna. Ge
,, enim eſt vallis.

Vallis filij Hennom appellatur Ioſ. 15, 18. Hebraicè גיא בן הִנֹּם· Vallis Hennom, & interpretatione Græca vetere φάραγξ ἐννομ, Hebraicè גיא הִנֹּם aut גֵי הִנֹּם Ioſ. 18, 16. Hic noto, quod habeo à Maſſoritis & ab Elia. Elias Tisbite בשלשה מקומות נמצא גיהנם בלי זכר בן: Hæc verba in eam partē valent non reperiri Gehennom, niſi ter: ceteris in locis eſſe Ge ben Hennō. Notatū hoc in Maſſoreth magno. Loca ſunt Ioſ. 15, 18, & 18, 16, & Nehem. 11, 30. Addit Elias dicēs ſe mirari cur hodie ſcribāt גיהנם cum patach aut camets. Nihil mirum. Qui cum patach ſcribunt, malè ſcribūt. Scriptura hæc inualuit apud Iudæos propter imperitiam antiquitatis. Veriſſimè Chryſoſtomus:

Ἀλλὰ Ἰουδαῖοι μὲν τὰ ἰουδαϊκὰ οὐκ οἴδασιν, ἡ δὲ ἐκκλησία τὸν χριστὸν οἶδεν καὶ τὰ ἰουδαϊκὰ μαθήματα·

Scribi debet גֵּיהִנָּם, id eſt Gehinnam aut Gehennam. Hiero. in comment. Ierem. 7.

,, Tophet lingua Hebræa interpretatur latitudo: ſcriptumque
,, fertur in libro Ioſuæ filij Nun, de hoc loco qui eſt in valle filij
,, Ennom, & Hebraicè dicitur Gehennam. Ge quippe φάραγγα,

id eſt

Digitized by Google

,, id eſt vallē, & Hennam vel hominis nomen vel gratiam ſonat. parcant mihi manes optimi viri: Hinnā hominis nomen, non gratiam ſonat. Eadem interpretatio in lib. De nominibus Hebraicis: D

,, Gehenna vallis gratuita:

quaſi nihil interſit inter הנם & חנם, hoc eſt inter he literā & het quæ eſt aſpiratio duplex. Idem Ierem. 19

,, Vallis filij Hennom, quæ Hebraicè dicitur Gehinnam. vnde &
,, Gehennam appellatam putant.

Ex his & alijs locis apparet Hieronymum legiſſe ſemper גיהנם dialecto Syriaca etiam in vetere Teſtamento. Nec miror, cùm ſciam, Hebraicis olim literis, raras vocales adſcriptas fuiſſe. Quod me docuit ipſemet Hieronymus in epiſtola quadam ad Euagrium diſertè ita ſcribens: E

,, Nec refert vtrum Salem an Salim nominetur, cùm vocalibus in
,, medio literis perrarò vtantur Hebræi, & pro voluntate lecto-
,, rum, atque varietate regionum eadem verba diuerſis ſonis atq.
,, accentibus proferantur.

Nota quæſo lector, & deſine mirari, ſi tibi mira viſa diuerſitas ſcripturæ in hac voce. Igitur גיהנם abſque punctis vocalibus legebant Gehennō aut Gehennā: quod eo magis credo, quia nuſquam adſcripta vaf litera, quæ ſolet legi per o: vel ſanè quia familiare Syris vt holem mutent in camets. Quod autem apud Euangeliſtas ferè legitur *γέεννα*, corruptum eſt. abeſt *μ* ſimiliter vt in *μαρία*. vide quæ notauimus ad illud nomen. Dixi de ſcriptura, quæ ſciui, fortaſſe plura quàm debui: dicam nunc de ſenſu. ſed breuiter, quia nihil habeo præter alios interpretes.

Gehennam vocat *ὁ σωτὴρ* locum damnatorum. Sic vſurpatur paſſim apud ſcriptores ſacros. Suidas *γέεννα, καταδίκη*. Hieron. Matth. 10 F

,, Nomen Gehennæ in veteribus libris non inuenitur, ſed primū
,, à Saluatore ponitur.

Diſſentio hîc à Hieronymo. Quid ni diſſentiam? cùm reperiam in Auoth גיהנם pro inferno, & in Zoar libro antiquiſſimo,

לית ליה תשובה עד דיתדן בדינא דגיהנם

quæ verba citantur in lib. Muſar cap. 6, vnde ego eruo. Non dubito, quin ætate Chriſti vſitatiſſimum fuerit hoc ſignificatu & notiſſimū in vulgus. Cauſam rectiſſimè idē Hieronymus notat his verbis:

„ Quæramus ergo quæ ſit ſermonis huius occaſio. Idolum Baal
„ fuiſſe iuxta Ieruſalem ad radices montis Moria, in quibus Siloa
„ fluit, non ſemel legimus. Hæc vallis & parua campi planities,
„ irrigua erat & numeroſa, plenaque delitijs, lucúſque in ea ido-
„ lo conſecratus erat. In tantam autem dementiam populus Iſraël
„ venerat: vt deſerta templi vicinia, ibi hoſtias immolaret, & ri-
„ gorem religionis delitiæ vincerent: filióſque ſuos dęmonijs in-
„ cenderent vel initiarent. Et appellabatur locus ille Ge ben
„ Hennom (*ita leg. non* Gehennom) id eſt vallis filij Hennom.
„ Hoc Regum volumen & Paralipomenon & Ieremias ſcribunt
„ pleniſſimè. Et comminatur Deus ſe locum illum impleturum
„ cadaueribus mortuorũ, vt nequaquã vocetur Topheth., & Baal,
„ ſed vocetur Polyandrium, id eſt tumulus mortuorum. Futura
„ ergo ſupplicia & Pœnæ perpetuæ, quibus peccatores cruciandi
„ ſunt, huius loci vocabulo denotantur.

Si rectè video, mendum eſt in illis verbis, vt nequaquam vocetur Topheth & Baal.

puto Hieronymum ſcripſiſſe Topheth & Ge ben Hennom. à me eſt locus Prophetæ, quem hic laudat. vide Ierem. 7, 32. Nuſquam lectũ Baal de loco. ſed ϐααλ Iuppiter planeta alio nomine Moloch dictus q. ϐασιλεὺς, cui infantes immolabant in hac valle. Vide quæ notamus ad vocem Moloch. Elias Tisbite:

קראו רבותינו ז"ל מקום ענש הרשעים אחר מותם גיהנם לפי שגי בן הנם הסמוך
לירושלם היה מקום מטנף ששם שרפו את בניהם למלך:

id eſt Vocauerunt Magiſtri noſtri, quorum memoria fauſta, locum pœnæ improborum poſt mortem Gehinnam, eo quòd vallis filij Hinnom, quæ vicina vrbi Ieruſalem, locus fuerit pollutus, in quo exurebant filios ſuos idolo Moloch.

G Dauid Cimhius in commentarijs ad Pſal. 27 ſcribit in valle Hinnom loco prope Ieruſalem olim perpetuum ignem fuiſſe comburendis cadaueribus & corporibus pollutis, quæ illò proijciebantur. Dignum nota. quia ἀναμφισϐήτως ad illum ignem alluſit Seruator Matth. 5, 22, & alibi. Verba Cimhij:

גיהנם הוא מקום בארץ סמוך לירושלם והוא מקום נמאס ומשליכים שם הטומאות
והנבלות והיה שם אש תמיד לשרוף הטומאות ועצמות לפיכך יקרא על דרך משל משפט
הרשעים גיהנם:

Igitur

Igitur Gehenna ignis, id valet Ignis gehennæ, potius quàm Gehenna ignita, ex Hebræorum idiotiſmo, vt ſuperbiæ viri, viri ſuperbi: viriditas herbæ, herba viridis. ſermo obuius paſſim.

Cap. XVII.

A. Gregorio Nyſſeno lux data. B. In Hieronymo reſtituta duobus locis ſcriptura vetus. C. Benereem. D. Targum emendatũ. E. mos vetus ſcribendi γ pro y. F. Benereges. G. Cauſa ſcripturæ vocis Boanerges.

GREGORIVS Nyſſæ epiſcopus ὁ τῆς βροντῆς υἱὸς cùm ait λόγῳ εἰς τὴν ὑπαπαντὴν τοῦ κυρίου ſignificat Iohannem Euangeliſtã; quod intelligi poteſt ex eo quod legitur Mar. 3, 17. A

καὶ ἐπέθηκεν αὐτοῖς ὀνόματα βοανεργὲς, ὅ ἐστιν υἱοὶ βροντῆς·

Quem locum adduxi propter vocem Boanerges, [redacted]. Vetus lectio Benereem. Hieron. in comment. Dan. 1 B

„ Filij Zebedæi appellati ſunt filij tonitrui: quod non vt plerique
„ putant Boanerges, ſed emendatius legitur Benereem.

Idem Iſa. 62.

„ Filij quoque Zebedæi, quorũ vnus vocem tonitrui emittere po-
„ terat: In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, &
„ Deus erat verbum, appellati ſunt Benereem, quod interpreta-
„ tur filij tonitrui.

In his duobus locis repoſuit nuperus corrector Beneraham. ſed libri veteres Benerehem, & rectè. In lib. De nom. Hebraicis:

„ Banereem filij tonitrui: quod corruptè Boanerges vſus obtinuit.

Noli ambigere quin ſcribẽdũ Benereẽ, vt ſuprà. רְגַשׁ tonitru. Vſus eſt hac voce Ionathã interpres Chaldęus Iſa. 29, 6; vbi רִגְשׁ ſcriptũ imperitia eorũ, qui puncta addiderunt. tu me auctore emenda רְגֶשׁ ex analogia Danielis & Eſdrę. רְגֶשׁ ῥέγεμ antiquè ῥεγεμ aut ῥεγες in quo duplex archaiſmus. primum γ loco y, vt in ῥαγουηλ, γομόῤῥα & ſimilibus exemplis: deinde ῥεγες pro ῥεγεμ, quod fit ad hunc modũ. Poſt abiectã vltimã μ, vt in μαρία & γέεννα, additur σῖγμα more Greco. Ita ſolitum facere Grecis nominibus vocali deſinentibus. vide cap. 15. poteſt etiã dici quòd μ mutata ſit in σ ex more eo, quo Αννίβας dicebant pro Annibal, quem morẽ notamus in eodem capite. Hoc pono, non ſtatuo. Pro Benereem interpolant alij, in queis Caninius, בְּנֵי רְגַשׁ Be- F

 nereges.

nereges. Ita Syrus, apud quem corruptè, רגשי ſcriptum pro רְגֶשׁ. cauſa erroris, vt exiſtimo, quia abſque punctis erat רגיש, vnde רגשי tranſpoſitis literis. In declaratione reperio apud eundem בני רעמא. ergo רְעַם vox Syra, & fruſtra eſt vir doctus, qui hoc negat. Auſim dicere magis probam vocem eſſe רְעַם in hoc ſenſu, quàm רגש. Nam, vt verum fatear, ego ρέγες pro tonitru adhuc quæro. Non ſic finiam caput.

G Scire cupiet aliquis cauſam vulgatæ ſcripturæ Boanerges. vellem poſſem certam dicere; ſed coniecturis agendum erit. Conijcio primum ſcriptum fuiſſe Banerges ex ſono antiquo pro Benerges, vt Samuel pro Semuel. quomodo etiam defendi poſſet Banereem, quod eſt apud Hieronymum. Porrò Banerges Syriæ quædam dialectus dicit Bonerges, & alioqui a in o facilè migrat. Ex his dialectis conflatũ Boanerges. [redacted]

CAP. XVIII.

A. Hieronymo medicina facta ſemel atque iterum. B. Beliar ex dialecto Syriaca pro Belial. C. ea vox explicata. D. Iſidori lapſus.

A VIDIMVS nuperrimè Hieronymum correctum à Mariano Victorio Reatino. ſed Deus bone, quàm multa corrector ille non vidit, aut, ſi vidit, non correxit! credo, quia ea leuia duxit, nec digna, quæ ſubirent ipſius cenſuram. Hieronymus in comment. Epheſ. 4.

,, Sciendum vbicumque in veteri lege filij peſtilentiæ ſcribantur,
,, ſicut ibi,
,, Filij autem Eli, filij peſtilentiæ; ibi in Hebraicis voluminibus
,, Belial, hoc eſt diabolum, pro peſtilentia nominari, licet plurimi
,, pro Belial corruptè in Apoſtolo Beliar legant.

Ita reſtitui: libri vulgati . . . Belian. Simile mendum hæret in hac eadem voce libro De nom. Hebr. ex epiſt. ad Corinth. 2.

,, Beliar, cæca anguſtia, vel cæcum lumen, vel filius prǫuaricationis, ſed rectius Belial dicitur.

libri omnes editi Beluir. quod miror epiſcopum illum non vidiſſe, qui in Eraſmi erratulis tam vidit acutúm. Gloſſę veteres Belial, abſq. iugo: Beliar cæcum lumen aut cæca anguſtia. locus eſt 2 Corinth. 6,15: qui

Digitized by Google

6, 15, qui ſic legitur in libris Græcis: *τίς δὲ συμφώνησις χριστῷ πρὸς βελίαρ;* & in Latinis veteribus:

„ Quæ autem conuentio Chriſti ad Beliar?

Viſum Hieronymo hanc ſcripturam mendoſam eſſe. itaque mutauit, Belial. quem ſecuti ſunt nuperi omnes interpretes. etiam in Græco *βελίαλ* repoſuerunt homines audaces. Tantæ audaciæ non ſim ego. potius dixerim *βελίαρ* eſſe pro *βελίαλ* ſcribendi ratio- B
ne olim tralatitia ex proprietate linguæ Syriacæ, quæ mutat *λ* in *ρ*. & eſt alioqui facilis migratio inter has literas. Sicuti enim *κλίβανος* dicimus & *κρίβανος*: ita pro בליעל credibile eſt Syros vſitaſſe בליער, id eſt *βελίαρ*. Igitur Belial & Beliar idem ſunt. hoc tantum differunt, quòd *βελιαρ* medij temporis vocabulum ſit, & corruptum: Belial, vetus ac probum. eſt autem *βελίαλ* archaicῶs pro *βελιάαλ* ex more C
eo quo literam gutturatam in medio abſcondunt: de quo more dictum eſt aliàs ſæpe.

Hebraicè בְּלִיַּעַל vox haud rarenter vſurpata ſcriptoribus ſacris. à Cimhio interpretatur רשע, id eſt improbus. Idem *ἐτυμολογίζει* belial בל יעיל id eſt *ἀχρεῖος*, qui nec ſibi nec alijs prodeſt, homo nequam. ante Cimhium ſic expoſuerunt hanc vocem interpretes iuris. diſco ex Lexico iuris, in quo filij Belial בל יועילו. alia expoſitio Belial בְּלִי עֹל. abſque iugo, exlex; tralatio à bubus nullo iugo domitis, qui Feſto iniuges dicuntur. In Sanhedrin:

אנשי בני בליעל

gloſſa Talmudica in Gemara;

בָּנִים שֶׁפָּרְקוּ עֹל שָׁמַיִם מִצַּוְארָן

id eſt filij qui fregerunt iugum cæli, & abiecerunt illud de collo ſuo. Hieronymus:

„ Diabolus Græcum verbum eſt, quod Latinè dicitur criminator,
„ lingua verò Hebræa Satan appellatur, id eſt aduerſarius ſiue
„ contrarius, & ab Apoſtolo Belial, id eſt abſque iugo, quòd de col-
„ lo ſuo Dei abiecerit ſeruitutem, quē Aquila *ἀποστάτην* tranſtulit.

Suidas:

βελίαρ τῇ ἑβραίων φωνῇ ἀποστάτην δηλοῖ. ὁ ἀπόστολος, τίς δὲ συμφώνησις χριστῷ πρὸς βελίαρ;

In fragmentis veterum interpretum ad Pſal. 41, 9:

דבר בליעל Symmachus *λόγος παράνομος*, id eſt ſermo iniquus,

Deut. 13

D Deut. 13, בני בליעל id eſt filij Belial: L x x παρανόμους. Iſidorus Belial abſque iugo. Quod autem idem addit Belial Hebraicè Bel dici idolum Niniuitarum, erratum in nomine. tranſſcripſit Belial pro Baal.

CAP. XVIIII.

A. Quid de Hoſanna voce ſcripſerit Elias. B. eius expoſitio vetus. C. & noua, quæ à me. D. locus explicatus Matth. 21, 9. E. Hilarij commentum excuſatum. F. Prauitas cenſuræ Hieronymianæ. & alia multa.

A HOSANNA Hebraicam vocem interpretatur Elias, dicens ſic appellari ramos ſalicum in feſto tabernaculorum ab adiuncta ipſis acclamatione. Nam qui geſtant eos ramos, acclamant identidem Hoſanna; quę acclamatio ſolemnis in illo feſto. Elias Tisbite:

הושענא אֲגֻדַּת עַרְבֵי נַחַל שֶׁנּוֹטְלִין בְּחַג הַסֻּכּוֹת קריין הושענות לפי שצועקים עליהם הושענא:

Idem ſcribit dictionem compoſitá eſſe ex הושיעה & נא, vt ſit Hoſanna, ſi interpreteris, ſerua obſecro, aut ſerua nunc, id eſt הוֹשַׁע נא. Amplius laudat ex interpretatione ea, quæ Ieroſolymitana vocatur; quod legitur Eſther 3 ad locum יֶשְׁנוֹ עַם אֶחָד.

עבדין לחון הושענא

id eſt faciunt ſibi hoſanna.

item וחררין בהושענא

id eſt, & circumeunt geſtantes hoſanna. Hæc Elias: quibus addo videri ſumptum hoſanna ex Pſal. 118, mutatione facta in הושיעה ſecundum proprietatem & vſum linguæ. nam & הושיעה dicimus & הושיע, & contractè הושע, quæ forma Syris perfamiliaris eſt, ex quo הושענא, id eſt hoſanna aut hoſana vnica ν: ita enim ſcribendum; niſi dicamus prius ν eſſe loco ע, quam ſępe exprimunt per γ, quæ deinde

B mutata ſit in ν ſequente altero ν. Exponunt σῶσον δή. Euſebius ἀποδειξ· lib. θ.

ὡς ἀννὰ ἑρμηνευθὲν δηλοῖ, σῶσον δή·

Theophylactus Matth. κα.

τὸ δὲ ὡς ἀννὰ, οἱ μὲν λέγουσιν ὅτι ὕμνον ἢ ψαλμὸν σημαίνει· οἱ δὲ, ὃ καὶ ἀκριβέστερον, σῶσον δή.

Vide fragmenta veterum interpretum ad verſum 25 Pſalmi 118.

poſſet

poſſet exponi, ſerua nos, aut ſalus noſtra: in quo ſenſu nihil refert Hoſanna ſcribas, an Oſanna אושענא abſque adſpiratione, forma linguæ Syræ, quam vernaculam fuiſſe in Iudæa ætate Chriſti extra controuerſiam eſt. porrò in ea lingua נא pronomen eſt: pro quæſo aut nunc, non reperitur quod ſciam. Nec obſtat quod ſuprà diximus, ſumptum illud videri ex Pſal. 118. Nam ſi forma mutauit à vulgo, quid ni potuit & ſenſus mutari? Quod dico firmamentum D
habet in eo quod legimus Matth. 21, 9

Ωσαννα τῷ υἱῷ δαυίδ.

Nã ſi Hoſãna valet σῶσον δὴ, quid erit obſecro σῶσον δὴ τῷ υἱῷ δαυίδ? an non magis erit ex Hebraiſmo interpretari, tanquam ſi dictum eſſet ἡ σωτηρία ἡμῶν τῷ υἱῷ δαυίδ? vt, Domino ſalus, Pſal. 3, 9: cuius Hebraiſmi ſenſus eſt, Salus noſtra à filio Dauid. Nam quem agnoſcebant pro vero Meſſia, eum laudant tanquam ſalutis ſuæ authorem. hoc mihi rectum videtur, tamen arbitrarium eſto, nolo ſit certum. Nolim etiam affirmare; quanquam adducor vt credam tale quid in mente habuiſſe Hilarium, aut ſi quis alius fuit, qui Hilarium docuit E
Hoſanna ſignificare quod Hieronymus tantopere exagitat. Nã ſalus noſtra, ſententia valet, redẽptio domus Dauid; tametſi verba multũ F
diuerſa ſint. [redacted] Hieronymus epiſto. 145 ſcribẽs corruptè dici Oſanna propter ignorantiã pro Oſiãna. Quorũ ignorantiam? [redacted] an librariorum & ſcribarum? [redacted] In iure Hebræorum frequens הושענא, & apud Targumiſtas locis ſupra citatis: quæ loca clarè docent priſcos vſitaſſe hoſanna, non hoſianna. Idem Hieronymus [redacted] ὡς ἀννὰ ſcribit, cùm ſcribendum ſit ὡσαν-να aut ὡσα-να. intelligo cùm diuiſim ſcribitur. In libro De nom. Hebraicis ex Matthæo:

„ Oſanna ſaluifica, quod Græcè dicitur ὡς ἀννά.

Quin vera hæc ſcriptura ſit, non ambiget quiſquis leget epiſtolam ſuprà citatam: in ea enim epiſtola ait Hieronymus:

„ Hoſi (vulgo hoſiach) ergo ſaluifica interpretatur. Anna interiectio deprecantis eſt. Si ex duobus his velis compoſitum verbum facere, dices hoſiãna, ſiue, vt nos loquimur, hoſanna, media vocali litera eliſa; ſicuti facere ſolemus in verſibus Virgilij quando pro *Mène incepto deſiſtere victam*, ſcandimus *Men' incepto*.

Digitized by Google

Aleph namque litera prima verbi ſequentis, extremam verbi prioris Iod inueniens, excluſit.

Ex his verbis apparet Hieronymum legiſſe apud Dauidem הושיאנא pro eo quod nũc legimus הושיעה נא, hoc eſt Aleph pro He, litera aſpirata Aijn eliſa: de qua lectione & ſimul de loco illo Hieronymi dicam aliâs pleniſſimè. Oſanna aliqua Græcorum pars δόξαν interpretatur, in queis Clemens Alexandrinus & Suidas: ſed vt rectè Hieronymus obſeruat, gloria Hebraicè Cabod appellatur, nõ Oſanna. Quod autem Suidas adfert pro confirmatione interpretationis ſuæ,

καὶ γὰρ ἄλλος εὐαγγελιστὴς λέγει· εἰρήνη τῷ υἱῷ δαυὶδ. καὶ ὁ ἕτερος, δόξα τῷ υἱῷ δαυὶδ· ὥστε τὸ ὡσαννὰ, δόξαν σημαίνει·

tam ineptum eſt, vt refutatione nulla opus ſit.

CAP. XX.

A. Rabbi, Ribbi & Rab. B. In Epiphanio vox correcta. C. Aquila & Rabaquiba. D. quando vixerit.

A RABBI. Græci ſcribunt ῥαββί aut ῥαββεί, de qua ſcriptura dictũ eſt ſupra cap. 13. vide quæ obſeruamus ad eum locum. In libro De nom. Hebraicis:

Rabbi, Magiſter meus, Syrum eſt.

neſcio an error in hac interpretatione. Nam Euangeliſta interpretatur διδάσκαλε Ioh. 1, 38. contrà Elias diſertè affirmat Iod in Rabbi pronomen eſſe. Apud Syrum lego רבן, id eſt Rabban. Hieronymus in commentarijs ſuper Matthæum:

„ Rabbi Latino ſermone Magiſter dicitur.

ecce diſcedit à ſe ipſo: ego cenſerem Rabbi poſitum pro Ribbi vſitata vocalium mutatione. Amant enim Syri ponere a pro i: quod ita notum, vt exemplis probare nihil opus ſit. aliàs diſcrimen ponebant veteres inter has voces. Nam Rab vſurpabant propriè de Magiſtris Babyloniæ: Ribbi autem de Magiſtris terræ Iſraël. doceo ex ipſorum verbis memoratis in Tisbite.

כל רב ומר מבבל וכל רִבִּי מארץ ישראל

id eſt ad verbum, Omnis Rab & Mar è Babylonia eſt: & omnis Rib-
B bi è terra Iſraël. Ex hac nota medicinam faciam Epiphanio κατὰ γραμματέων. In libris vulgatis:

διντέρα

δευτέρα δὲ εἰς τὸν διδάσκαλον αὐτῶν Ἀκιβᾶν οὕτω καλούμενον ἢ βαρακιβᾶν·

à mala manu eſt βαρακιβᾶν· tu me cenſore emenda ῥαβακιβᾶν· C
emendatio certa .רב עקיבה ὁ διδάσκαλος Ἀκιβᾶ,id eſt Magiſter Akiba.
Hieronymus epiſtola 151· Quæſtione 10·

„ Si quando eos iuxta literam cœperimus artare, vt non iaceant,
„ non ambulent, non ſtent, ſed tantum ſedeant, ſi velint præce-
„ pta ſeruare; ſolent reſpondere & dicere, Rab Akiba, & Symeon,
„ & Hille Magiſtri noſtri tradiderunt nobis, vt bis mille pedes
„ ambulemus in ſabbatho, & cætera iſtiuſmodi doctrinas hominũ
„ præferentes doctrinæ Dei.

Hic obiter lego Hellel ſiue Hillel, videlicet הלל. nam ita vocatur hic Magiſter Iudæis. Idem in commentarijs Iſai. 8

„ Duas domos Nazaræi (qui ita Chriſtum recipiunt vt obſeruatio-
„ nes Legis veteris non amittãt) duas familias interpretantur, Sam-
„ mai & Hillel, ex quibus orti ſunt ſcribę & Phariſęi, quorum ſuſce-
„ pit ſcholam Akibas, quẽ magiſtrum Aquilæ proſelyti autumant.

Si hoc verè autumant, vixit Akibas Chriſti ætate aut paulo poſt. D
Nam Aquilam proſelytum, qui libros canonicos veteris Teſtamenti ex Hebręo vertit in ſermonem Græcum, conſtat fuiſſe ſub Imperatore Adriano circa annum Chriſti centeſimum vigeſimum quintũ: qua de re fuſè dicam in Notis meis ad fragmenta veterum Interpretum in Pſalmos.

Cap. XXI.

A. De Phariſæis, eorúmque etymo. B. varijs appellationibus, C. doctrina & hæreſi. D. Nomina ſeptem planetarũ. E. 12 ſigna Zodiaca. F. Epiphanius varijs locis ſanatus.

PHARISÆI dicti quòd legem populo enarrarent. ijdem vocabantur חכמים, id eſt ſapientes aut philoſophi. Gorionides Hiſt. Iud. lib. 4, cap. 25 A

וישב המלך על השלחן עם חכמי ישראל והמה הפרושים המפרשים את התורה:

id eſt, Et ſedit rex ad menſam cum ſapientibus Iſraël. ipſi ſunt Phariſæi, qui legem populo enarrant.

reperio & חסידים de Phariſæis apud eundem authorem. Hieronymus in epiſtola ad Algaſiam Quæſtione x· B

Digitized by Google

„ Videntur igitur obſeruationes Iudaicæ apud imperitos, & vilem
„ plebeculam, imaginem habere rationis, humanæque ſapientiæ.
„ vnde & doctores eorum σοφοὶ, hoc eſt ſapientes vocantur:& ſi
„ quando certis diebus traditiones ſuas exponunt diſcipulis ſuis, ſo-
„ lent dicere, οἱ σοφοὶ δευτερῶσιν, id eſt ſapientes docent traditiones.

C οἱ σοφοὶ δευτερῶσιν, תָּנוּ חכמים. docebant traditiones maiorum religioſè ſeruandas contra Saducæos. Gorionides in loco memorato:

הנה הפרושים היו אומרים נשמור התורה אשר מסרו אבותינו בידינו מפורשת על פי החכמים אשר פרשו את התורה לקבלה:

id eſt, Ecce Phariſæi dicebant, Seruemus legem, quam *tradiderunt* nobis patres noſtri in manus noſtras enarratam à ſapientibus &c.

Graue hac de re diſſidium in populo. Phariſæis adhærebat plebs infima & vulgus. Saducæos ditiores ac potentiores ſectabantur. Idem ibidem:

דַּלַּת העם הייתה יחד עם הפרושים והיו לעזרתם מלבד עשיריו וגבוריו כי היו עם המלך הצדוקים ולמלך ולהם היו עוזרים:

id eſt, Tenuis plebecula cum Phariſęis erat, eóſque adiuuabat: at diuites ac potentes è populo erant cum Rege & Saducęis.

Ieiunabant bis in ſeptimana, videlicet diebus Lunæ & Iouis. hoc ſignificat Epiphanius his verbis:

ἐνήστευον δὶς τοῦ σαββάτου δευτέραν καὶ πέμπτην·

vbi in ſabbatho poſitum pro, in hebdomade: vt ibi, Ieiuno bis in ſabbatho. Fato multum tribuebant. Aſtrologiæ operam dabant. Epiphanius vocabula recenſet Hebraica, quibus appellabát ſeptem ſtellas, & duodecim ſigna Zodiaca, quæ adducam boni illius patris bono. Nam obſcura pleraque apud ipſum, partim etiam corrupta.

D *Nomina ſeptem planetarum.*

ἥλιος ἠμαχαίσεμες Sol,
σελήνη, ἰερεεχαγαλβανᾶ Luna,
ἄρης, χωχὲβ ὀχμώλ, Mars ſtella,
ἑρμῆς, χωχὲβ ὀχμὸδ, Mercurius ſtella,
ζεὺς, χωχὲβ βάαλ, Iuppiter ſtella,
ἀφροδίτη, σεεγῶα ἤτοι λουήδ, Venus,
κρόνος, χωχὲβ σαβήθ, Saturnus ſtella.

ἠμαχαγσεμες. חַמָּה וְשֶׁמֶשׁ. duo vocabula Solis, qui חמה dicitur à calore: σεμες autem à miniſterio, tanquam miniſter & fax diei. In libris Aſtrologo-

Aſtrologorum כּוֹכַב חַמָּה Sol ſtella.

ιερεεχgιαλβανα יָרֵחַ וְחַלְּבָנָה. lectio alia *ιερεεχgιλαβανα* יָרֵחַ וּלְבָנָה. pluma non intereſt, hoc an illo modo legas. *λαβανα* antiquè pro *λεβανα*, id eſt Luna, quæ etiam ירח vocatur. ab hac voce menſes dicti ſunt יְרָחִין qui lunares olim in Palæſtina. Epiphanius:

> *ἱερέε γὰρ ὁ μλεὼ λέγεται· μλεών δὲ ἡ σελήνη, ὡς καὶ παρ' ἕλλησι διὰ τὸν μλεῶα·*

ὀχμὼλ. hodie vocatur מאדים à rubore, de quo Abenezra in commentarijs Amos 5, 8: quem ſi rectè capio, dicit eſſe ſtellam magnam, quæ Hebraicè אָדוֹם vocetur, & in lingua Iſmaelitarum סהיל. Pro מאדים quod reperio apud Lexicographos, malim ſcribi מָאָדֹם, quaſi *πυῤῥὸς*. Hic planeta Aegyptijs *πυρόεις* appellatur ab igne. eius character ♂ clypeus Martis cum haſta.

ὀχμὸδ. Mercurius. hodie מַרְקוּל aut מַרְקוּלִיס voce barbara: aut כּוֹכָב *χωχεβ*, id eſt ſtella ſidúsue *κατ' ἐξοχὴν*· Aegyptijs *ςίλβων*.

χωχεβ βααλ כוכב בַּעַל quaſi *κύριος καὶ δεσπότης*, aliter צֶדֶק ab æquitate & iuſtitia· Aegyptijs *φαέθων*. huius mentio apud Ioſephum Gorionis filium.

λουὴδ. fortè *λουὴτ* לוהט hodie נוגה à ſplendore, Aegyptijs *φωσφόρος*, id eſt, Lucifer: Gorionides Hiſt. Iud. lib. 1. cap. 2,

היכל לוציפר הוא היכל כוכב הנוגה

Templum Luciferi: hoc eſt templum Veneris.

σαβηθ. Saturnus. hodie שַׁבְּתַי. ita dictus propter diem ſeptimũ. Idem ibidem סגר היכל סטורנוש הוא כוכב שבתאי

id eſt, Clauſit templum Saturni. ipſe eſt Saturnus ſtella. eius character ♄ falx Saturni. ab Aegyptijs *φαίνων* nuncupatur.

12 ſigna Zodiaca.

Κριός,	*τέλαα*,	Aries,
Ταῦρος,	*σὼρ*,	Taurus,
Δίδυμοι,	*θωμίμ*,	Gemini,
Καρκῖνος,	*σαρταν*,	Cancer,
Λέων,	*ἄρι*,	Leo,
Παρθένος,	*βεθουλα*,	Virgo,
Ζυγὸν,	*μοζανὴ*,	Libra,
Σκορπίον,	*ἀκροβ*,	Scorpio,
τοξότης,	*κεσέτ*,	Sagittarius,

 Αιγόκερως,

Αιγόκερως,	γαδὶ,	Capricornus,
Υδρηχόος,	δαλὶ,	Aquarius,
Ιχθυες.	διγγιμ,	Piſces.

F τελαια, טַלְיָה. σὼρ שׁוֹר. θωμιμ, תאומים. σαρατααν, סַרְטָן. hæc vera ſcriptura. malè apud Epiphanium σαρατααμ. ἀρι אֲרִי. perperá ἀρη apud eundé. βεθουλὰ בתולה virgo. μωζανη aut μωζανημ. à mala manu eſt μωμαζανη. μωζανημ מאזנים. ακραβ vel ἀκραβ עקרב. ita legendum non ἀκρο, quod eſt ab iniuria ſcribarum. κεσετ קשת, γαδὶ גדי. δαλὶ דלי. In Epiphanio δαδμιλ, heu peſſimam ſcripturam. ἀναμφισβήτως ſcribendum δαλί, aut δαδλί דַּדְלִי more Chaldaico. διγγιμ דגים. piſces. Sagittarius à Rabbinis בעל קשת vocatur, id eſt ſagittipotens, quomodo & Cicero eum vocat. Syrum eſt קשש. In lingua ſacra קֶשֶׁת arcus. קַשָּׁת ſagittarius.

CAP. XXII.

A. Talitha. B. Hieronymus in ea voce correctus. C. item Suidas. D. Tabitha. E. In Targum vox explicata. F. Voces aliquot amatoriæ.

A TALITHA non Talita, quod hodie ſcribunt ac legunt Taliqtha, id eſt טְלִיתָא puella. In libro De nominibus Hebraicis:
B

Tabita cumi, puella ſurge.

mendum manifeſtum, quod me auctore eluendum ex Mar. 5, 4. vbi ſcriptum ταλιθὰ κοῦμι. Noli dubitare quin hæc vera ſcriptura

C ſit. Syrum eſt טְלִיתָא puella: at קומי pariter Syrum & Hebræum. apud Suidam perperam κουμ ſcriptum pro κοῦμι.

ταληθα κοὺμ ἤγουν ἡ παῖς ἐγείρου.

In declaratione Marci:

κοράσιον σοι λέγω ἔγειραι.

verba illa σοί λέγω includenda ſunt parentheſi, ne quis putet ea interpretationis eſſe. huius maſculinũ apud Chaldæos טַלְיָא & טְלֵי ταλι: à quo τάλις vox reperta à me in authoribus Græcis.

Act. 9, 36.

D ταβιθὰ ἣ διερμηνευομένη λέγεται δορκάς.

ſcribo טְבִיתָא. Syrum eſt ex Hebræo צְבִיָּה mutatione Tſadi in teth. Babylonij ſonant טְבֵיתָא, id eſt Tabietha, vt Talietha, de quo ſupra.

E Frequens eſt apud interpretes Chaldæos. Vocatur caprea alio nomine

mine רויא δίσα, quæ vox extat in Ieroſolymitana Prouerb. 5, 19, vnde Græcum δίζα. Heſychius δίζα, αἶξ. tranſlatio Latina Compluti impreſſa, exultatio. imperitè. Munſterus in Lexico רויא camelopardalis, ex hac nota corrigendus eſt. In lib. De nom. Hebr. Tabitha, damna aut caprea, leg. dama aut caprea. ita Glo. Vet. Leuia hæc, in quibus hærere pudet pigetque.. Chryſoſtomus apud Theophylactum ad illud ὀνόματι Ταβιθά &c.

τίθησι δὲ τὸ ὄνομα αὐτῆ, δεικνὺς ὅτι φερώνυμος ἦν ὄντως ἐγρηγορυῖα καὶ νήφουσα ὥσπερ δορκάς·

ſi hoc verum ſit, Deus nouit. dixerim aliud: eſt capræ vocabulum inter amatoria. Quid ſi inde nomen mulieris? Apud Salomonem Caprea gratiæ, &, Ceruua amorum: ſicut apud Arabes Corat alhain, id eſt pupilla oculi, voces ſunt blandè compellantis vxorem aut amicam. F

CAP. XXIII.

A. De Herodianis ſententia noua. B. ijdem dicti Dorſiani. C. & Helleniani à Iuſtino.

QVINAM fuerint Herodiani quęſitum à doctis. variæ ſentētiæ. ego quam repperi apud authores Hebræos, eam ponam. In Lexico iuris lego Herodianos natione Græcos fuiſſe. dictos autem ab Herode qui primus eos traduxit ex deſerto ad locum habitatum educauitque. ponam verba Hebraica, deinde reddam vt ſonant ad verbum. A

הורדוס המלך הביא יונים מן המדבר וגידל אותם בישוב ונעשו תרבות ונקראו על שמו הורדוסיות:

id eſt, Herodes rex adduxit ſecum Græcos ex deſerto, & educauit eos in terra habitata, & fecerunt ſectam, vocatique ſunt de nomine ipſius Herodiani.

Horum mentio in Gemara capite Silluach haken. Vocabantur alio nomine דורסיות, id eſt Dorſiothitæ ſiue Dorſiani, videlicet à loco vnde abducti fuerant. Concludam caput, ſi addidero, qui huc facere videtur, Iuſtini Martyris locum diſputatione cum Tryphone. B

οὐδὲ Ἰουδαίους ἄν τις ὀρθῶς ἐξετάσῃ, ὁμολογήσειεν εἶναι τοὺς Σαδδουκαίους, ἢ τὰς ὁμοίας αἱρέσεις γενιστῶν, καὶ μεριστῶν, καὶ γαλιλαίων, καὶ ἑλληνιανῶν, καὶ φαρισαίων βαπτιστῶν.

Quid

C Quid ἐλληνιανῶν? fallor aut rectè expono ἡρωδιανῶν. à me eſt locus quem ſupra adduxi. docti expendent: ego affirmare pro certo non auſim.

Cap. XXIIII.

A. De Genneſar voce, eiúſque apud Græcos & Latinos ſcriptura. B. Hieronymi locus non intellectus ab Eraſmo. C. malè expoſitus à viro nupero. D. Plinius correctus. E. Septem maria terræ Iſraël.

A GENNESAR, Genneſara, Genneſareth, terra & latus. Matth. 14, 34.

ἦλθον εἰς τὴν γῆν γεννησαρέτ.

libri alij γεννησαρέθ. In Latina vetere Geneſar. apud Hieronymum Gennezareth. Suidas γεννησαρέτ, ὄνομα τόπου.

γεννησαρετ ſiue γεννησαρέτ. nam anceps ſcriptura. גנכרט. Malim γεννησαρέθ גנסרת, quod factum ex כִּנֶּרֶת in quo Thau vltima non Teth. ſed quoniam mutatio inter has literas, & quia Syri pro Thau ferè ponũt Teth, nihil audeo ſtatuere. apud Hebræos neutrum adhuc horum repperi.

γεννησαρέθ גנסרא voce & terminatione Chaldaica. lectio alia γεννησαρέθ. Sic γεννησὰρ & γεννησὰρ variantibus libris.

Apud Syrum גנסר. In Iure Hebræo גינוסר quomodo ſcriptam legimus hanc vocem in traductionibus ijs, quas Targumin vocant. Concludam de ſcriptura ex Hebræo כִּנֶּרֶת. non damno γεννησάρ; tamen ſcripſerim præ illo γεννησάρ. eſt autem γεννησάρ, ſi interpreteris, hortus principum. In Ilmedenu capite Mitte tibi viros.

גנוסר גני סרים אלו המלכים שיהיו להם גנות בתוכה

Verba clara. גני סרים id eſt horti principum ſiue regum. hoc dicit Genneſar; locus vbi regum horti erant. In lib. De nom. Hebr.

Genneſat, ortus principum.

interpolarant bardi, ortus principium, & explicationis cauſſa addiderant, initium natiuitatis. vtinam ego illos vt digni ſunt. legendũ, B hortus principum. Ex hac nota intelligendus locus Hieronymi, quẽ Eraſmus laudat, & in quo explicando fruſtra eſt.

„ Si ſciremus quid in noſtra lingua reſonaret Genneſareth, intel-
„ ligeremus quomodo Ieſus per typum Apoſtolorum & nauis, ec-
„ cleſiam

Digitized by Google

„ cleſiam de perſecutionum naufragio liberatam, tranſducat ad
„ littus, & in tranquilliſſimo portu faciat quieſcere.

ad hunc locum nota nupera; C

„ Genneſareth interpretatur גיאנצרת vallis florida: hinc myſticè
„ pro tranquillo eccleſiæ portu ponitur.

à Mariano eſt Eraſmomaſtyge: refelli poteſt ex ſcriptura Hebraica, ſed magis ex interpretatione ipſius Hieronymi, quam ſupra poſui. In Lexico iuris,

גינוסר מקום קרוב לטבריא ויש בו גנות ופרדסים

id eſt, γιννοσαρ locus eſt prope Tiberiadem, in quo horti ſunt & paradyſi. Dignum nota. quia λιμνὴ γεννησαρετ, ſtagnum Genneſaret, quod legimus Lucæ 5, 1, vocatur Ioh. 21, 1, θάλασσα τῆ Τιβεριάδος, mare Tiberiadis: & Iohan. 6, 1, mare Galileæ. Ioſ. 12, 3 יָם כִּנֶּרֶת id eſt mare Cinnereth: pro quo Aquila Chaldaicè poſuit ימא רגנוסר, id eſt mare Gennoſar. De hoc lacu Plinius hiſt. nat. lib. 5. cap. 15, vbi deſcribit Iordanem amnem. D

„ Ergo, *inquit*, vbi prima conuallium fuit occaſio, in lacum ſe fun-
„ dit, quem plures Geneſará vocant XVI M. paſſ. longitudinis, VI
„ M. latitudinis, amœnis circumſeptũ oppidis: ab Oriente Iuliade
„ & Hippo, à meridie Tarichea; quo nomine aliqui & lacũ appel-
„ lant, ab occidente Tiberiade, aquis calidis ſalubri.

Hæc verba dicunt lacum Geneſar à Tarichea appellatum. fortè ita ſcripſit Plinius:

„ à meridie Tarichea, & quo nomine aliqui lacum appellant, ab
„ occidente Tiberiade.

Vocatur enim paſſim ab Hebræis ſcriptoribus ימא רטבריא, & memoratur inter ſeptem maria terræ Iſraël; quæ יַמִּים vocant, quo nomine etiam lacus intelligunt. mentio horum in Midras Tehillim, & apud Cimhium in commentariis ad Pſal. 24.

Septem maria terræ Iſraël. E

ימא רבא	1	Mare magnum.
ימא דסיבכי	2	Mare Sibchi.

Ita ſcriptum in Midras Tehillim. In Cimhianis lego רסכני, id eſt mare Sichni.

ימא רטבריא	3	Mare Tiberiadis.

In Syriacis noui Teſtamenti ימא רטברוס, quod arguit magnam impe-

F ritiam

ritiá Interpretis. Non enim à Tiberio dictus lacus, ſed à Tiberiade.

ימא דמילחא 4 Mare ſalſum.
ימא דחילתא 5 Mare chilta.

Apud Cimhium legitur,

ימא דחולתא ימא דחליתא

pro his duobus in Dras eſt רחילתא, quæ lectio veriſſima eſt, ita poſtulante numero.

ימא דשׁריתי 6
ימא דאספמיא 7 Mare Hiſpanicum.

In Dras דשרית abeſt Iod in fine, & ad poſtremum nomen additum ibidem:

היא ימא דחמין ימא דקלטינוס:

Chilta ſiue Chulta Latinè arenoſum ſonat. Nam חול arena. Redeo ad lacum Tiberiadis. cuius aquas ferunt ſoluere aluum. *In* Lexico iuris,

יש בטבריא מים משלשלים אם שותה אותם אדם יוצאין ממנו כמו ששתם:

id eſt; Sunt in Tiberiade aquæ aluum laxantes: ſi quis bibat de illis, exeunt quemadmodum intrarunt.

harum aquarum mentio in fine Machſchirim in Gemara.

CAP. XXV.

A. De Haceldema: eiúſque vera ſcriptura ac ſenſu. B. Quid ſignificet Act. 1, 19. Propria ipſorum dialecto. C. Corith dam.

A HIERONYMVS ſiue quis alius [redacted] ad Pſalmum 108.

„ Ipſam pecuniam non mittunt in Corbonam, ſed emunt ex ipſa
„ agrum, & appellant eum Aceldema, quod interpretatur pretiũ
„ ſanguinis.

heu prauam interpretationem! Vel ex hoc loco poteſt argumentum peti contra eos, qui contendunt commentarios illos Hieronymi eſſe. Nam Hieronymus rectè interpretatur hanc vocem in libro De nominibus Hebraicis,

Aceldema, ager ſanguinis:

vbi perperam Acheldema ſcriptum, & peius in aliis libris Acheldemach. ſcribendum Aceldema aut haceldema, Græcè *ἀκελδαμα*. Acto. 1, 19:

ὥςτε

ὥστε κληθῆναι τὸ χωρίον ἐκεῖνο τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ αὐτῶν ἀκελδαμα, B
τουτέστι χωρίον αἵματος.

ἀκελδαμα חֲקַל דְּמָא.clarum eſt. In lingua Chaldæa חֲקַל ager: דְּמָא διμα, & ſono antiquo δαμα, ſanguis. Quod autem ait τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ αὐτῶν,capiendum vt illud Ioh. 8, 17.

ἐν τῷ νόμῳ τῷ ὑμετέρῳ:

vel intelligendum de Ieroſolymitana. fortè in ea vrbe Acel dicebāt cum tſeri aut ſegol,pro Acal: tamen hoc non poſſumus affirmare. Illud affirmo quòd Ieroſolymitana propria olim dialectus fuerit diuerſa aliquantum à Syra & Babylonia, in qua lingua Acal dicimus, non Acel. Quod dico diuerſam fuiſſe eam linguam à Babylonia, clarum ex traductione ea, quæ Targum Ieroſolymitanum vocatur. Vide Eliam præfatione in Methurgeman. Concludam de Aceldema,ſi addidero Syri interpretis interpretationem. pro χωρίον αἵματος Syrus habet, חקלא דדמא,id eſt κωρεϑ δαμ. quam vocem, ſi quis C
dicet Galilæos vſitaſſe pro Acal, fortaſſe dicet quod res eſt. certè κωρεϑ non repertum adhuc mihi apud quenquam interpretem Chaldæum.

Cap. XXVI.

A. De Remphan coniectura. B. Græcos codices deprauatos eſſe. C. Reſch lectum pro Caph. D. Ciiun Hebrais & Ceuan apud Arabes quid?

Locvs eſt Act. 7, 43;quem difficilem faciunt voces aliquot cor- A
ruptæ, quæ mirandum in modum torquent interpretes .in iis eſt Remphan.

καὶ τὸ ἄςρον τῦ θεῦ ὑμῶν Ρεμφάν.

Quid Remphan? Non magis chamæleon in colore, quàm hoc nomen variat in ſcriptura, vt vel inde iure merito quis colligat locum à B
librariis corruptum eſſe. Quare fruſtra ſe torquent viri docti in eo explicando. Nam conſtat Græcos ignaros linguæ Hebraicæ multas huiuſmodi voces deprauaſſe. Mihi in tam varia ſcriptura placet ῥεφάν. ita legunt Iuſtinus in diſputatione cum Tryphone; & Theodoritus in Leuiticum quæſt. 25ª. eſtque vitium, vt coniicio, à librariis C
pro κεφάν: niſi potius ipſos interpretes decepit ſimilitudo quæ eſt inter literas ר & כ,vt legerint רֵיפָן abſque punctis vocalibus,pro כִּיון. po-

 ſtremum

ſtremum non caret exemplo. Nam manifeſtè legunt reſch pro caph Nah. 1, 5: videlicet ראש quod tranſferunt ἀρχὰς pro כאש, id eſt ὡς τὸ
D πῦρ. docti expendent. eſt autem Ciiun ſiue Ceuan Saturnus planeta, quem Arabes & Perſæ כיואן indigitant: quæ appellatio nonnihil adiuuat coniecturam meam: næ argumento mihi eſt vt credam veteres dixiſſe Ceuan non Ciiun. Dicam de hac re plura, aut potius iam dixi Amos 5, 26, in Coniectaneis meis ad trãſlationem Græcam.

CAP. XXVII.

A. De Ephphata, eiúſque ſcriptura apud Syros. B. Patach in ſermone Hebræo quid?

A Ἐφφαθὰ Mar. 7, 34. ſcribo אֶפְּתַח cum daghes in loco Thau: id eſt Ephphata pronuntiatione vetere. Nam antiqui Phe *ſonabant* vbi nos Pe. docent exempla obuia paſſim. Syrus אֶתְפַּתַּח ad Grammaticam non malè: ad ſcripturam Græcam, perperam. fortè Seruator ita pronuntiauit. nihil affirmo. tamen adducor vt credam ſcriptum fuiſſe ἐϑφαθὰ, & inde poſtea factum ἐφφαθὰ. Declaratio Marci διανοίχϑητι pertinet tam ad os quàm ad aures. Nam agitur non ſolùm de ſurdo, ſed etiam de μογιλάλῳ. Sic vſurpant verbum
B Patach Hebræi. de muto Pſal. 38, 14.

כְּאִלֵּם לֹא יִפְתַּח פִּיו

id eſt, tanquam mutus non aperuit os ſuum.
de ſurdo Iſa. 35, 5.

וְאָזְנֵי חֵרְשִׁים תִּפָּתַחְנָה

id eſt, & aures ſurdorum aperientur.

CAP. XXVIII.

A. Abba pater: ſupérque eo Hieron. ſententia reiecta. B. mos ſynagogæ veteris iam primùm obſeruatus. C. filius Timæi Bartimæus. D. Locus Hieronymi.

A אַבָּא id eſt pater. Syrum eſt. Grammaticus nuperus mutat אֲבָא ex analogia. ſed אַבָּא ſcriptum in libris Chaldæorum, & ita ſcribendum argumento mihi ἀββᾶ, quod in nouo Teſtamento. Dictus אבא pater ab affectu quo eſt in liberos. אב ab אבה. Quod autem ἐκ παραλλήλου legimus ἀββᾶ ὁ πατὴρ Rom. 8, 15, Interpreti poſt Hieronymum & alios placet ex Marci 14, 36, Græcum additum Syriaco

Syriaco vocabulo explicando. Mihi aliud videtur, quod tamen arbitrarium eſſe vólo, nolo ſit certum. Coniicio Chriſtum pronuntiaſſe B Abba pater אבא פטיר ex conſuetudine veterum Hebræorum. Nam eos ſcilicet vſitaſſe voces Græcas, quas addebant vocibus ſuæ linguæ. Sic reperio פוטירן פיילן in Lexico iuris ex Geneſi magno cap. 10,& 54,& ex Leuitico maiore. eſt autem פיילי vocabulum Ieroſolymitanum, פוטירי Græcum ποτήριον: vtrumque ſignificat, quod Hebraicè Chos dicitur, ait author Lexici. Quod ſi declaratio eſt ὁ πατὴρ, mirum cur Euangeliſta non ſcripſit ἀββᾶ ὅ ἐστι πατὴρ, vt alibi κορβᾶν ὅ ἐστι δῶρον. Neque me turbant exempla Hieronymi. Iam diximus fi- C lius Timæi non videri declarationem τῦ Bartimæus, cùm præcedat υἱὸς Τιμαίου βαρτιμαῖος. nam par eſt vt declaratio ſequatur. potius patris nomen voluit indicatum Euangeliſta. Aſer, diuitiæ, non memini me legere, vt nec Tabitha Dorcas, ſed quidem ταβιθὰ ἣ διερμηνευομένη λέγεται δόρκας, quod parum adiuuat mentem Hieronymi. Pro Meſech vernaculus in Geneſi eſt,

בן משך ביתי

Geneſ. 15, 12; in quo explicando licet varient interpretes, nemo tamen de vernaculo Meſec expoſuit, neque ipſe vulgatus interpres, qui ſic reddit:

„ Filius procuratoris domus meæ iſte Damaſcus Eliezer.

Locus Hieronymi eſt in commentariis ſuper epiſtolam ad Galatas: D

„ Abba Hebraicum eſt, idipſum ſignificans quod & pater. Et hác
„ conſuetudinem in pluribus locis Scriptura conſeruat, vt He-
„ braicum verbum cum interpretatione ſua ponat. Bartimæus,
„ filius Timæi. Aſer diuitiæ. Tabitha Dorcas: & in Geneſi Me-
„ ſech, vernaculus, & cætera his ſimilia.

FINIS

Digitized by Google

INDEX LIBRI IN QVO NOTÆ ALIQVOT NON CONTEMNENDÆ.

A PRO e, 17, g. hoc intelligendum de ſcheua quod hodie ſonat e breuiſſimum; ſed antiqui plurimum efferebant ſono patach. hinc Samuel, Chanaan, Manaſſes, Sabaoth, & alia multa ſimilia.

A pro i. 20, a: Dialectus Syriaca chirec minus ferè in patach mutat. vnde Mariam, Magdalene, & cætera his ſimilia.

A, in o migrat. hoc ideo quia camets pleraq. Syria pars ſonat o, vnde ἀδὼμ, Corbona, & alia eius generis. 17, g.

Abba 28, a.

Abba ὁ πατὴρ ſeruator dixit vſus voce Græca ex more veteri. 28, b.

Abſque cerebro. 3, a. In prouerbiis Hebraicis b'aſer muah' id eſt vacuus cerebro, conuicium prouerbiale eſt vt Raca.

Acal & acel 25, a.

Aceldema ſiue Aceldama, ager ſanguinis, ibidem.

Ajn litera per apocopen abiecta 4, e. difficillima pronuntiatu. ibidem. Veteres vſi ſunt pro vocali, 9, b.

Hieronymus libro De nom. Hebraicis.

Segor parua, ipſa eſt quæ & ſupra Seor, Sed ſciendum quia literam g in medio non habeat, ſcribatúrque apud Hebræos per vocalem Ajn.

Adama,, terra 8, f.

Albana, luna 21, d.

Anna, interiectio 19, f.

Antigonus Sochæus præceptor Sadoci eius, a quo hereſis Saducæorum. 6, c. vixit non multo poſt tempora Ezræ. In Auoth. Moſes acceptam legem tradidit Ioſue: Ioſua ſenioribus: ſeniores prophetis: prophetæ viris ſynagogæ magnæ, è quorum reliquiis Simeon Iuſtus, cui ſucceſſit Antigonus Sochæus.

Aquæ calidæ in Tiberiade 24, e.

Aquibas, præceptor Aquilæ proſelyti 20, e.

Aquila interpres tranſtulit libros canonicos veteris Teſtamenti ex Hebræo in ſermonē Græcum. 20, e. Idem tranſtulit pentateuchum Moſis in linguam Chaldaicam, quæ tranſlatio hodie exſtat impreſſa Venetiis ſub nomine Onkeli. 24, c. in quo nomine poſt epentheſin Nun, quæ apud Arabes tralatitia, a mutat in o. Hic fuit è Ponto oriundus, & Adriano Imperatori ab vxore frater. à quo reſtauranda Hieroſolyma operum præfectus conſtitutus dicitur.

Artabanus, 2, b.

Aperire tam de oculis quàm de auribus dicitur 27.

Aſa 4, c. errant qui ab hoc verbo deducunt nomen Ieſu 4, d.

B.

B, Litera inſerta vocibus Hebraicis, 2, c. Baal, Iuppiter, 11, a.

Bal, pro baal, 11, b.

Belial & beliar 18.

Bar, 5. a.

Barchochebas, 5, a.

Barieſus, 5, g.

Digitized by Google

Bargiora, 5, b.
Bariona, 5, f.
Barioannis, id eſt filius Iohannis. ibidem
Barporus, 5, c.
Bartholomaus, filius Ptolomai.
Barrabas, 5, b.
Barſemia, filius cæcus aut filius cæci. 5, e.
Bartimaus, ibidem
Barrabas cum gemino ρω filius magiſtri: *Barabas* cum vnico ρω, filius patris.
Beth, 12, a.
Beth-ania, domus ouium, צאן ouis, Syriacè עאן ſiue ען vnde עבא ut in prouerbio Iuris *Ania batar ania*, id eſt ouis ouem ſequitur.
Bethabara 12, a.
Bethamara apud Epiphanium corruptè ſcriptum pro Bethabara, aut fallor.
Betheſda 12, b.
Beth-phage
Beth-ſaida, 12, c.
Beelzebub, Iuppiter Muſca, 11, e. Hieronymus, Vir Muſcarũ; איש זבוב: Auguſtinus, Princeps Muſcarum שר זבוב. Alij Magiſter muſca רב זבוב
Beelzebul, 11, g.
Beneraam, Hebraicum eſt. Syri dicunt Benereem. 17, b.
Boanerges, 17, a.

C.

C, Simplex, quod caret aſpiratione, reſpondet Coph elemento Hebraico & Græcorum κάππα. Itaque raca ſcribendũ nõ racha: & Sabacthani nõ Sabachthani.
C, aſpiratum videlicet χ ſiue chaph Hebræorum 3, e.
Caninij erratum 3, g & alibi. Angelus
Caninius librum ſcripſit De locis noui Teſtamenti, in quo explicat pleraſque voces Hebraicas.
Camets vocale, eius ſonus qualis olim 13, c.
Caprea gratia 22, f.
Ceſet pro Ceſeth ex more eo quo Syri ſolent Thau mutare in Teth. 21, f.
Cerua amorum 22, f.
Chochab ſiue chocheb ſtella, 5, g.
Chirec maius quomodo ſcripſerint Græci. 13, b.
Corat albain, id eſt קורת אלעין
Chenan 26, a
Chos כוס poculum 28, b.
Chaph & *Reſch* ſimiles in figura 26, c.
Chijun כיון 26, d.
Corith, ager, 25, c.
Criminari & *aduerſari* quid differant? 10, c.

D.

D Ali, ſiue dadli, aquarius 21, f.
Dauid Cimbius primæ notæ grammaticus apud Hebræos.
Deggim, antiquè pro dagim piſces, 21. f.
Diſa Græcè δίζα, caprea 22, e.
Diabolus 10, c.

E.

E Pro i ἀρχαϊκῶς. 8, e. hinc Hennam pro hinnam 16, a.
El, 8, a. à quo Elohim Euſebio. ibidem.
Eli, Eli, lama ſabacthani 13, a.
Elymas, id eſt magus aut ſapiẽs 5, f. & 7, a
Elias Leuita Germanus.
Ema ἦμα, ſol. Hebraicum eſt. 21, d.
Elohi, 13, a.
Emmanuel 8, e.
Epiphanij locus 4, c & 6, c.
Epiphanius correctus 8, e, & 12, a, & 21, e.
Ephphata, 28.
Ethphatha. ibidem.
Euſebij error. 4, a. Euſebius & Egeſippus Hieroſolymam dictam putant quaſi ἱερὸν σαλομῶντος. itaque cum aſpiratione ſcribunt ſecus quàm Hebræi. Vide Ioſephum

Iud. capta lib. 6 cap. 47.
Ezechiel poëta tragicus.

F.

Filius tonitru, de Iohanne 17. a.

G.

Gabbatha, 1, a.
Gehenna 16, a. Gehennam pro Inferno vſi veteres ante Chriſtum 16, f.
Geneſis magnus, liber eſt qui Hebraicè vocatur Bereſchith rabba.
Genneſar, Genneſara & Genneſareth. 24, a. Genneſareth Auguſtinus Eugubinus corruptè dici ait, cùm Cinnereth dicendũ ſit: ſed fallitur vir alioqui doctiſſimus. Nã Chinnereth quod eſt nomen antiquum, poſterior ætas dixit Gennereth, & inſerta litera Genneſareth: in quo mutatio primũ i in e: deinde כ in נ ex Chaldaiſmo, vt זְכוּכִית זגוגית, vitrum: סכר, סגר clauſit. כנח & נגה.
Giora, 5, 1. Suidas Γιώρας, ὄνομα κύριον.
Golgotha, 1, a.

H.

Hieronymus notatus, 5, b, & 13, e. & 15, c. & 18, a. correctus 11, b, & 18, a.
Het, aſpiratio duplex 16, d.
Heua, ſerpens. 4, d. Eua prima parens, & mater omnium viuentium. Sic Græci diſtinguunt. Hebraicè Eua, h'aua חַוָּה dicitur. ſerpens Naas. & Syriacè h'iua חִוְיָא.
Helleniani 23, c.
Hennom pro hinnom 16, a.
Hillel 20, c.
Hinnom nomen proprium 16, d.
Hilarius excuſatus 19, e.
Herodiani 23. a.
Hon, opes 14, c.
Hoſanna 19.
Haceldema 25, a.

I.

Iacobitæ qui?
Iannes & Iambres 2, b.
Iabe, nomen tetragrammaton apud Samaritanos. in quo b pro u ex יהוה.
Iaoh veteres legebant pro Iehoua. vnde Iaoh ſalus interpretamentum nominis Iehoſua 4, f
Ieroſolymitana ſub. traductio ſiue tranſlatio, vulgo vocatur Targum Ieroſolymitanum.
Ieroſolymitanum idioma diuerſum aliquantum à lingua Syriaca 1, c & 25, b.
Ieſu pro Ieſua. ex quo Ieſus. ſic Hoſi pro Hoſia apud Hieronymum. vide 4, e, & 19, f.
Iehoua nomen diuerſum à nomine Seruatoris 4, d.
Ieree, luna 21, d.
Il, 8, g, & Ilus vt Bel, Belus. Ilus Iuppiter potens, ζεὺς δυνατὸς· huius frater Dagon ζεὺς ἀρότειος.
Ioſeph Gorionis filius, ſiue Gorionides putatur idem eſſe cum Flauio Ioſepho.
Ioſua, 4, d.
Iſrael quid ſignificet Iuſtino, 8, b.
Iuſtinus emendatus, ibidem. eius ſententia reiecta de voce Satanas.
Iudas Iſcariotes Simonis ſub. filius.
Iudæi imperiti antiquitatis, 16, c.
Iugum cæli 18, c, id eſt iugum Dei. Nam cælum pro Deo ponunt Hebræi μετωνυμικῶς.
Iniuges Feſto 18, c; qui ſub iugo non fuerint: filij belial, qui licet ſub iugo fuerint, tamẽ illud repellunt à ſe.

L.

Lama ſiue lamma. 13, c: vtraque ſcriptura reperitur apud Hebræos, videlicet לָמָּה cum Daghes, & לָמָה accentu in vltima ſine Daghes.

Leuiticus

Digitized by Google

Leuiticus magnus liber eſt qui Hebraicè vocatur Vaicra rabba.

Lingua Chriſto vernacula 1, b.

Lingua Syriaca etiam Hebraica vocatur 1, a. & 4, d. contra fit 7, f.

Lucifer 21, d.

M.

M. Litera in fine nominũ abiecta, 15, b.

Mamona, 14.

Mamon, lucrum Punicè.

Maria ſeptem terræ Iſrael. 24, e.

Maria etiam lacus vocantur Hebraicè יַמִּים *ibidem.*

Maria quid. 15, d.

Maria, Mariam & Miriam 15

Meſſias terminatione Græca pro Meſſia 4, e.

Meſſia id eſt מְשִׁיחָא *in quo geminum* σῖγμα *pro* ש. *dignum nota. ſic* Ἰεσσαι, φαρισσαῖοι *apud Iuſtinum.*

Mambres antiquè pro Mamres 2, c.

Meſec vernaculus 28, c.

Mos abſcondendi aſpiratas ח *vel* ע *in medio, 9, a & 10, e.*

Mos ſtatuas deorum ſculpendi ex Porphyrio 11, f.

Moſchopulus reprehenſus 4, a & f.

Moſane μωσανη *pro* μωσανημ. *vt* γηε *pro* γηεμ. *Gehenna pro Gehennam. Hic nota* η *pro* αι *diphthongo. Nam Hebraicè* μωσαναΐμ. *Ita Ieruſalem pro Ieruſalaim, quod tamen non ſtatuo. In cauſa eſt, quia apud Chaldæos reperio ſcriptum* יְרוּשְׁלֵם *vltima tſeri.*

N.

N, pro Aÿn, 19, a.

Nas pro Naas 20, f.

Nathan Iuſtus Iehielides author Lexici quod vocant Baal Aruch.

Nominibus vocali deſinentibus Græci σῖγμα *addunt 17, e.*

Numenius Philoſophus Pythagoricus 2, b.

O.

O Et a permutantur: Oncelos, Aquilas. Bonerges, Banerges. Odom, Adã.

O dom Syrorum camets 13, c.

Origenes ſanatus 16, c.

Oſanna ſcribendũ aut Oſan-na, nõ ὠς-αννα, *quanquam plerique Græci ita ſcribant.*

Ochmod, Mercurius 21, d.

Ocmol, Mars, ibidem.

P.

PE Arabicum addi ſolet nominibus in principio 5, d.

Phariſæi. Græci plerique in queis Iuſtinus Martyr ſcribunt φαρισσαῖοι, *antiquè* ש *per* σσ: *vt* יִשַׁי *Ieſſai,* משיחא μεσσίας, *& his ſimilia. Theophylactus* φαρισαῖος ἑρμηνεύεται ἀποκεκομμένος. *In lib. De nom. Hebraicis: Fariſæi, diuiſi. etymon aliud ab eo quod poſuimus. Epiphanius,* φαρισαῖοι διὰ τὸ ἀφωρισμένους εἶναι αὐτοὺς ἀπὸ τῶν ἄλλων, φάρες γὰρ κατὰ τὴν ἑβραΐδα ἑρμηνεύεται ἀφορισμός. *His conſentanea dicit Origenes in 23 euangelij ſecundum Matthæũ, & Damaſcenus de Hæreſibus. Ambroſius libro 3 in Lucam.*

Verba Origenis Latina, Interpretãtur Phariſæi ſecundum nomen Phares, diuiſi, qui ſeipſos à cæteris diuiſerũt: Phares enim dicitur Hebraica lingua diuiſio.

Philo Byblius ex lingua Phœnicum tranſtulit Hiſtoriam Sanchuniathonis authoris antiquiſſimi.

Philo Iudæus 2, a.

Phiala 28, b. φιάλη, *vox Græca. tamen author lexici dicit vocem eſſe lingua Ieroſolymitanæ. poteſt ita eſſe. ego ſcio in ea vrbe receptas fuiſſe olim multas voces Græcas: etiam ſcio ab Oriẽte mutuaſſe Græcos innumera vocabula, inter quæ potuit eſſe* φιάλη.

Plinius correctus 24, d.

Pœni lucrũ Mamon vocant. 14, d.
Potentiæ vocabulum de Deo. 8, b.
ποτήειον 28, b.

R.

RAam, *tonitru. verbum proprium Hebræorum eſt: Syri dicunt* ρεέμ. *& antiquè* ρεγμ. *abiecta vltima* ρεγ, *ſiue* ρεε, *& cum σῖγμα*, ρεγες, *vt* μαμρη, μαμρῆς. *vnde* βοανεργες.
Raca 3, a.
Racha prauè ſcriptum in libris Latinis 3, e.
Rabbi & Rab. 20, a.
Rabaquiba. ibidem.
Reſch pro lamed. 18, b.
Mutant Syri lamed Hebræorum in Reſch. אלמנה *vidua* אַרְמְלָא*; mutatio eadẽ apud Græcos inter* λ *&* ρ, κείβανος, κλίβανος: ἀργαλέος, ἀλγαλέος, *& in Latio cùm ex Parma palma deducitur; ex ſquarore, ſqualor, ex furuo fuluum. vt mirum nemini videri debeat, ſi pro belial poſteritas dixerit beliar.*
Rechus רְכוּשׁ *quid?* 14, c.
Rephan & Remphan 26.
Reſch lectum pro Chaph 26, c.

S.

S, *Geminum pro* ש, *vide in Phariſæi.*
Sabbathum pro hebdomada 21, c.
Sabacthani 13, d, *pro Sebacthani, id eſt* שְׁבַקְתַּנִי. *ſcheua in a antiquè, vt in Zacharias, Manaſſes, Chanaan, Sabaoth, Raphaim.*
Sarporas, princeps militum anlatronũ? 5. b.
Sapientes 21, b. *apud Apoſtolum, Non multi ſapientes. Manifeſta alluſio ad hanc appellationem. Iidem ſunt οἱ διδάσκαλοι καὶ οἱ σοφοί.*
Sabeth, Saturnus planeta 21, d.
Sartan ſiue Saratan 21, e.
Sanchuniatho ſcriptor antiquiſſimus hiſtoria Phœnicum, ſcripſit Syriacè: Philo Byblius vertit Græcè. vixit ante tempora Troiana.
Sedec quid. 6, a & 21, d.
Simon, Symon & Simeon 9, a, b.
Simones quot? 9, c.
Simon dictus pater Iudæ Iſcariotæ, non ipſe Iudas, ibidem.
Simon Gioræ filius triumpho ſeruatus à Romanis 5, d.
Saducæi an Sadducæi ſcribendum ambigere eſt ex antiquitate, in qua reperitur δεγγιμ *piſces, cùm analogia poſtulet* δαγιμ, *aut* δεγιμ. *In commentario Hieronymi m. s. ſuper Iſaiam Saducæi per vnum, d, quod placet.*
Satan 10, a.
Satanas 10, d. *locus Iuſtini, quem hic tango, Græcè extat pag.* 103 *libris Lutetiæ impreſſis.*
τὸ γὰρ σατὰν τῇ Ἰουδαίων καὶ Σύρων φωνῇ ἀποστάτης ἐστί· τὸ δὲ νᾶς ὄνομα, ἐξ οὗ ἡ ἑρμηνεία ὄφις ἐκλήθη, ταυτόν ἐστι κατὰ τῇ ἑβραίων ἑρμηνευθείσῃ φωνῇ· ἐξ ὧν ἀμφοτέρων τῶν εἰρημένων, ἓν ὄνομα γίνεται σατανᾶς.
Suidas correctus 22, c.

T.

TAbitha 22, d.
Talitha. 22, a.
Talietha, ibidem.
Thalmai 5, d.
Thalmud, Ius ciuile Hebræorum.
Thargum, interpretatio Chaldaica.
Thargumiſtæ, interpretes Chaldæi.
Telaa, aries.
Theophylactus expoſitus 4, f. & 3, c.
Theodoritus ſiue Theodoretus (nam anceps ſcriptura) correctus 4, h. *notatus* 5, i, & 8, f.
Tholomæus & Ptolomæus idem 5, d.
Tiberias 24, e.

Digitized by Google

2

Tiberiadis lacus.
Teth pro thau. vide Ceſeth.

V.

Vocales olim non vbique adſcriptas fuiſſe. 16, c.

Vallis Hennam ſiue Hinnō 16, a. in ea perpetuus ignis cōburendis cadaueribus 16, f.
Venus ſtella, lucifer φωσφόρος, 20, d.

X.

Xiphilinus emendatus 5, b.

ERRATA SIC CORRIGES.

PAG. 1 *&* 5 DrusI *aut* Drusij. *pag. 6, in A,* אֱמָרוּ לוֹ. *ibidem in B,* ἐξηγησαμένῳ. *& ponendum comma poſt* ἐντυπῆσαι, *& punctum poſt,* propoſitum; *deinde manuſcula litera*, In Syriacis. *pag. 8 in A,* περὶ χιλιῶν. *pag. 13 in A, abeſt punctum ante,* Theophylactus. *pag. 14 in D, lege,* quam eſſe credebant, *pro,* quod eſſe credebant, *& pone punctum poſt,* Ichielides. *pag. 16 poſt verba,* id eſt הָאָל, *deſideratur punctum ibidem in D, emenda* ἐκ δεξιῶν. *pag. 20 in G, repone* numen, *pro,* nomen. *pag. 23 lege,* μαμμωνᾶ ſcribendum an μαμωνᾶ? *pag. 28 in G,* בָּאָרֶץ *cum gemino camets. pag. 29, in B,* Benereem *ſine aſpiratione. pag. 34.* Chabod: *ibidem dele punctum poſt,* Suidas adfert. *pag. 37. pone* [;] *poſt* לוהט *pag. 38. in F, leg.* incuria, *pro* injuria. *pag. 39.* alaïn, *ſine aſpiratione. pag. 42 diuiſim ſcribe* יומא רחילתא; *& paulo poſt leg.* mare Iſphamicum *per m. &* קלטירנוס *duplici Iod. In eadem pagina ſcribo* Aceldema, *ſed magis placet* Haceldema *cum adſpiratione, quoniam eſt het in Hebræo. pag. 45. in C,* ταβιθα *pro* θαβιθα. *In Indice voce* Barrabas, *leg.* ῥεῦ filius *diuiſim. & in C.* χ *ſiue Chaph. In,* Ezechiel *poſt* tragicus, *adde 15. a. In* Iacobitæ *poſt* qui? *adde 13, c. In,* Euſebij error, πολεμῶντος *aut* ἱερὸν σολύμων. hoc Egeſippus, illud Euſebius cenſet.

FINIS.

526483

Digitized by Google

Digitized by Google

27
520.5

APOSTOLI DESCRIBENTIS EPISCOPORVM, PRESBYTERORVM, ET DIACONORVM

mores σημείωσις. ex viginti quinque Gratiani Diſtinctionibus excerpta. Decretorum parte primâ.


De Clericorum moribus, & ſingulari vita.

Diuus Hieronymus dedit huiuſmodi Tractatui nomen,

SPECVLVM SACERDOTII.

Æditio ſecunda, cum recognitione.

BIBLIOTECA NAZIONALE FIRENZE 1872



PARISIIS.

Apud Andream Wechelum, ſub Pegaſo, in vico Bellouaco: Anno Salutis,

1559.

20.

Digitized by Google

IOANNES QVINTINVS HÆDVVS, IVRIS DOCTOR, ET ORDINARIVS IN PA-*riſiorum Vniuerſitate celeberrima profeſſor, ſtudioſis Eccleſiaſticorum Canonum lectoribus & auditoribus,*

S.

BIS ego πρεσβύτερος, & Annis, & Ordine, Neutri conuenire putaui, quod ſupereſt vitæ (ſi modò quid ſupereſſe Deus annuit) alio tranſigere curſu, quàm qui rectà me deducat eò, quò Chriſti ſacerdotē, qui tanto ſuo ſatagat reſpondere nomini, Sacra ſolummodo dantem, Sacráque docentem, toto niſu contendere neceſſum eſt. Apinas forenſes, & Aulicas tricas (Spes, videlicet, magnas, & certamina diuitiarū) ſcio grauitati & excellētiæ Preſbyterorum non congruere: ſed & vetari. Quibus & in Exoticis Ethnicorum diſciplinis vitam cōterere nefas. Aliud igitur reliqui nihil eſt, quàm nos exhortationi, lectioni, doctrinæ totos attendere. Doctrinæ (dico) non quæ linguam doctis humanæ ſapientiæ verbis exornet, non quæ do-

Digitized by Google

mos noſtras vndiquáque diuitiis amplificet: At ei, quæ ſecundum pietatem eſt, doctrinæ: quæ vitam componat, animum formet, inſtruat mores, in omni denique Dei iuſtitia nos erudiat.

Hoc (vti debeo) dum pro mea tenuitate, próque talentuli mihi crediti negociatiuncula, præſtare laboro, de magno Gratiani Decreto nõnulla ſelegi, de quibus, hôc ſemeſtri, iuxta demandatum mihi docẽdi munus, vobiſcum diſſeram. Grande illud, variúmque volumen, quod res tam multas & cauſas amplectitur, ob vnam dũtaxat, quam nunc inſtituimus, tædioſum fortè foret in ſcholas quotidie deferre. Quare mihi viſum cõmodius illinc excerpere, quod ipſi prælecturi ſumus. Id autem quale ſit, expediam paucis.

Eccleſiæ Ieſu Chriſti miniſtrorum tripertita ſtatim fuit ab eius initio, diſtinctio. videlicet: Epiſcoporum, Preſbyterorum, & Diaconorum. Sua ſingulis erant & officia diuiſa, De quibus in noſtra (ſi Deus hoc mihi voti cõceſſerit) ad Apoſtolicos canonas ἀνακρούσῃ dicemus. Hîc mihi De moribus, ante omnia, ſermo futurus eſt: quamuis obiter de cuiúſque munere multa proponentur: quod etſi non incumbat idem cuique, Mores tamen eoſdem, quamuis non eadem munia, videtur ab omnibus exegiſſe Paulus. Qui tam graphicè Diaconos, Preſbyteros, Epiſcopos Apoſtolico ſuo penicillo deliniauit, vt non meliùs dignoſcere quis valeat hominis amiciſsimi notiſsimíque

Digitized by Google

míque ſibi faciẽ, quàm veri & Apoſtolici Diaconi, Preſbyteri, vel Epiſcopi perſonam. Quam quiſquis, vt ille depictam reliquit, non ad viuum referre toto conatu nititur, is mihi certè quidem Apoſtolicæ miniſter Eccleſiæ viuus non videtur.

Primò (quod oportuit) in medium protulimus Apoſtoli verba. Quorum poſtea declarationem ſingularem ſingulis adſcripſimus, à Gratiano, diuerſis ex authoribus, ſanctíſque Doctoribus, & veterum Cõciliorum, tam Græcorum, quàm Latinorum definitionibus recollectam. Variis quidem ſuæ Decretorum compilationis hoc agit in locis: at præcipuè, continuis ferè quinque ac viginti Dioriſmis integris: à vigeſima quinta diſtinctione (ſcilicet) ad quinquageſimã vſque. Nomina ſcriptorũ prodidit vbíque. Locos, raro. Niſi (quod magis opinor. nam ſunt in manu ſcriptis pleríque, & citantur à gloſſographis & commentatoribus) hos omiſerit incuria librariorum. quæ, profectò, cõfuſio, multum certitudinis operi detrahit. Nã, quid ex Hieronymo, vel Auguſtino, vel Polygraphis aliis proferre, nec indicare deſcriptè locum: perinde eſt, ac ex hominũ turba magna, citare Petrũ vel Ioannem, nec electè, quum multi ſint ὁμώνυμοι, deſignare quempiam.

Nos, epitomê præterea ſingulis additâ pro ſcholiis (quæ maiora fortè pòſt ædentur) annos & tempus cuiúſque fideliter, & vero, quàm potuimus, proximè, obſeruauimus: vnde ſuus anti-

Digitized by Google

quus Paulinæ ſententiæ, genuinúſque ſenſus cō-ſtaret, ac intelligeretur.

Non enim mens ea, vel doctrina Pauli eſt, quam bene Grammaticus aliquis & Rhetor ſomniarit: quę Gnoſticorum theologia recens eſt, nihil niſi linguas (magis profectò, quàm linguis) loquentium. Diceres iſtos apud Infideles declamitare, 1. Cor. 14. quibus in ſignũ datæ fuêre linguæ. Senſus eſt ille Pauli ſolus, quem nos docuit, & quē poſteris tradidit Orthodoxorũ patrum venerãda cunctis antiquitas, Hæc vera eſt, hæc vnica eſt diſcutiendæ cognoſcendæque Scripturæ norma: quæ reliquit immēſum, intentatúmve nihil. Cæterùm (quod Eccleſ. ca. 8. & 9. ſapiens monet Hebræus) Non litigemus cum hominibus linguatis. In ſua nempe ciuitate terribilis eſt ἀνὴρ γλωσσώδης. Itáque Sibi loquãtur μέροπες, ac ſibi plaudant, átq; ſuis Bilingues, & Trilingues, & quantum volēt ipſi, Linguaces Gnoſtici: Nos elingues, idiotæ, barbari, nihil intelligentes, non reſpondebimus Amen.

Sed interim tamen faciamus, quod faciēdum Paulus adhortatur. hoc eſt, Non iſtorum, qui ſic ſunt inflati, ſermonem, ſed virtutem: non orationē, ſed vitæ rationē & inſtitutionē cōſideremus: & nemo nos tũc decipiet in multitudine linguarum, vel ſublimitate verborum: quia, Non in verbis, ſed in factis eſt regnum Dei. Non bonis neſcio quibus literis, at certis moribus bonis eò peruenimus.

Aliun-

Aliunde verò mores bonos, & Chriſtianas κατηχήσεις diſcere non valemus, ſi non ex Ambroſio, Hieronymo, Auguſtino, Baſilio, Gregorio, Chryſoſtomo, ſimiliſque religionis ac fidei viris, Decretorum doctoribus atque datoribus, addiſcamus. A quibus qui diſſentit, hic mihi nihil ſentit: Proculdubio, ſi qua fuit in illis (vt inſuit plurima) doctrinæ veritas, atque ſcientia: iã nulla eſt in Gnoſticis. Sin tale quid his tribuas: illis, oportet, adimas. Apertiùs dicere volo. Catholici patres omnes, quotquot ab Apoſtolis, cúmque Apoſtolis vixerunt, aut omnino nihil ſciuerũt: aut æui præſentis Gnoſtici nihil omnino ſciunt: è diametro cum traditionibus & conciliis illorum pugnãtes, omniaque paſsim redarguentes, & cauillantes. Blaſphemum prius illud eſt, & impiũ. Falſò ſunt igitur iſti Sciẽtiæ cognomine ſolo in vulgo clari: moribus alioqui, vitáq; nebulones obſcuriſsimi. De rebus & Politea loquor Eccleſię. Nã cum Demoſthenibus, & Ariſtotelibus negocij mihi nihil eſt. De moribus (accipe) Clericorũ loquor. quales Apoſtolus nõ ſolũ deſcripſit, ſed etiã cuique noſtrûm pręſcripſit: & quales Decretis ac authoritate patrum Gratianus hîc explicatos nobis expoſuit.

Decretorũ Doctores & Datores.

In quibus dũ pro mea qualicúmq; virili deſudo, quæſo vos, vt conatus meos orationibus veſtris adiuuetis. Huiuſce rei mihi per Euangeliũ Ieſu debitores eſtis. Qui nos ſuâ benignitate conſeruet.

Digitized by Google

Apoſtoli mandatum ſic habet.

DE PRESBYTERIS,

ET EPISCOPIS.

Ex *Epiſtolæ prioris ad Timotheum cap.* 3.

FIdelis ſermo. Si quis Epiſcopatum deſiderat, Bonum opus deſiderat. Oportet enim Epiſcopũ, Irreprehenſibilem eſſe, Vnius vxoris virum, Sobrium, Prudentem, Pudicum, Ornatum, Hoſpitalem, Doctorem, Non vinolentum, Non percuſſorem, Non litigioſum, Non cupidum. Suæ domui bene præpoſitũ: Filios habentem ſubditos cum omni caſtitate. ſi quis autem domui ſuæ bene præeſſe neſcit, quomodo Eccleſiæ Dei diligentiam habebit? Non Neophytum: ne in ſuperbiam elatus, in iudicium incidat diaboli. Oportet autem illũ & teſtimoniũ habere bonum ab iis, qui foris ſunt: vt non in opprobriũ incidat, & in laqueum diaboli.

Ex *Epiſtolæ ad Titum capite primo.*

Huius rei gratiâ, reliqui te Cretæ: Vt ea quæ deſunt, corrigas: & conſtituas per ciuitates Presbyteros, ſicut & ego diſpoſui tibi. Si quis ſine crimine eſt, Vnius vxoris vir, Fi-

lios

Digitized by Google

lios habens fideles, non in accuſatione luxuriæ, aut non ſubditos.

Oportet enim Epiſcopũ ſine crimine eſſe, ſicut Dei diſpenſatorem: Non ſuperbũ, Non iracundum, Non vinolentum, Non percuſſorem, Non turpis lucri cupidũ: Sed Hoſpitalem, Benignum, Sobriũ, Iuſtum, Sanctum, Continentem, Amplectentem eum, qui ſecundum doctrinam eſt, Fidelem ſermonem: vt potẽs ſit exhortari in doctrina ſana: & eos, qui contra dicunt, arguere.

Hæ ſunt virtutes, per quas beatus Paulus, τὴν τοῦ ἀῤῥήτου ἱερέως ἀπηκριβωμένην εἰκόνα, Ineffabilis Sacerdotis abſolutam voluit eſſe Imaginem, ait Chryſoſtomus lib. 6. de Sacerdo. cap. 6.

DE DIACONIS.

Ex eodem capite 3.

Diaconos oportet ſimiliter eſſe Pudicos, Non bilingues, Non multo vino deditos, Non turpe lucrum ſectantes, Habentes myſterium fidei in conſcientia pura. Et hi autem probentur primùm: & ſic miniſtrent. Nullum crimen habẽtes. Diaconi ſint vnius vxoris viri: Qui filiis ſuis bene pręſint, & ſuis domibus.

Sacerdotalis hæc eſt ab Apoſtolo picta tabella: quam pro templorum foribus, & noſtris in conclauibus vbique ſuſpenſam cuperem.

Sed antè venit, quàm longiùs progrediamur, cum Chryſoſtomo quærendum, λόγῳ in hanc epiſtolam. 10. dum locum de Diaconis interpretatur.

Digitized by Google

Quum Paulus tam diligenter(ait)Epiſcopos formarit, oſtendẽs quid illos habere conueniat,& à quo debeant abſtinere: cur , omiſſo Presbyterorum ordine , mox ab Epiſcopis tranſit ad Diaconos ? Reſpondet. ὅτι οὐ πολὺ τὸ μέσον, quia non eſt magnum medium. Hoc eſt, Inter Epiſcopos & Presbyteros intereſt modicum. Chirotoniam nempe ſolam,plus Presbyteris,Epiſcopi videntur habere:cæteris pares. Ne ſe Dominos Presbyterorum putent. Sed etiam ne ſe ſolutos ac liberos omni publicâ ſolicitudine credant inferiores Presbyteri,καὶ διδασκαλία,καὶ τῆς ἐκκλησίας προστασία(ſic enim Chryſoſtomus)ipſis quoque demandata eſt:Et doctrina,& Eccleſiæ cura ſiue præfectura ipſis eſt credita Quare,quæ de Epiſcopis dixit Apoſtolus , dixiſſe de Presbyteris eſt intelligendus.& exigũtur in Presbyteris omnia. Sic Ambroſius hunc explicarat locũ. Poſt Epiſcopum(ait)Diaconatus ordinationem ſubiecit. quare ? Niſi quia Epiſcopi,& Presbyteri vna ordinatio eſt. Vtérque enim ſacerdos eſt,ſed Epiſcopus primus eſt. Vt omnis Epiſcopus ſit Presbyter:Non tamen omnis Presbyter eſt Epiſcopus. Hic enim Epiſcopus eſt,qui inter Presbyteros primus eſt. Sic etiam Theophylactus. Sic eſt in Oecumenio. Tractat hoc & Hieronymus, ad Titum ca.1.To.9.& Epiſt.Legimus in Eſaia. ad Euagriũ.To.2.Dicebamus in Apoſtolico can.2.Et oſtẽdebamus Epiſcoporũ,Presbyterorúmq; Tagmata(vt appellamus in canonibus)non eadem eſſe Ad incœpta,Chriſto ducente,pergamus.

Protritam docendi viam nos hîc. tenebimus : quæ diſcentes ab intellecta verborum vi & ſignificatione ducere ſolet ad ipſarũ rerum cognitionem . Dicemus itaque primò,quid hæ voces,Epiſcopus, Presbyter, & Diaconus in Eccleſia denotent. quod feciſſe videtur hîc Apoſtolus , initiò ſtatim monſtrans, quídnam rei ſit,Epiſcopatus:eſt(ait)bonum opus. & conſequenter Epiſcopum deſcribens,Operis(videlicet)boni procuratorem & executorem.

EPISCOPVS.

In xciij.Diſtinctione.Can.Legimus.

Hieronymus ad Euagrium.Epiſt.Legimus in Eſaia.To.2. *Natus eſt Hieronymus anno poſt Chriſtum trecenteſimo trigeſimo primo:vixit annos , vnum cum nonaginta, obiit anno ſalutis,422.*

Epiſcopus eſt actor eccleſiaſticarum rerum prouidus,aut(ſi mauis)prouiſor magnus.

1.Pet.5. *REgite gregem Chriſti:& inſpicite, non ex neceſſitate, ſed voluntariè,iuxta Deum. Quod quidem Græcè ſignificantiùs dicitur,* ἐπισκοποῦντες. *id eſt, ſuperintendentes.Vnde & nomen Epiſcopi tractum eſt.*

Eadem rurſus in Epiſtola.

ALexandriæ , à Marco Euangeliſta vſque ad Heraclan & Dionyſiũ Epiſcopos, Presbyteri ſemper vnum ex ſe delectum, & in excelſiori gradu collocatum , Epiſcopum nominabant.

Digitized by Google

Viij. q. i. Can. Qui Epiſcopatum.

Auguſtinus cap. 19. lib. 19. De ciuitate Dei. To. 5. *Annos quadraginta, aut eò ampliùs, Epiſcopi munere functus eſt Auguſtinus: obiit ætatis anno ſeptuageſimo ſexto. Salutis anno 430.*

Ἐπισκοπὴν (qui dici ſolet Epiſcopatus) non honorem, non gloriam, ſed opus eſſe definiit Apoſtolus.

QVi Epiſcopatum deſiderat, Bonum opus deſiderat. Exponere voluit quid ſit Epiſcopatus: quia nomen eſt operis, non honoris: Græcum eſt enim, atque inde ductum vocabulum, quòd ille qui præficitur, eis, quibus præficitur, ſuperintendit, curam eorum, ſcilicet, gerens. ΕΠῚ *quippe, Super,* ΣΚΟΠΌΣ *verò, Intentio eſt: ergo* ἘΠΙΣΚΟΠΕῖΝ *Græcè, ſi velimus, Latinè, Superintendere, poſſumus dicere: Vt intelligat non ſe eſſe Epiſcopum, qui præeſſe dilexerit, non prodeſſe.* πῶς νῦν? quis nũc Epiſcopus?

In xxj. Diſtinctione. Can. Cleros. §. Epiſcopatus.

Iſidorus cap. xij. lib. vii. Etymologiarum. *Iſidorus Iſpalenſis Epiſcopus (Iſpalis Hiſpanorum vulgo nunc eſt Sevilla) ſalutis anno 630. ſcribebat.*

EPiſcopatus vocabulum inde dictum, quòd ille qui ſuper efficitur, etiam ſuperintendat: curam (ſcilicet) gerens ſubditorum. ΣΚΟΠΕῖΝ *enim Græcè, Latinè intendere dicitur: Et Epiſcopi Græcè, Latinè Speculatores interpretantur: Nam Speculator eſt Epiſcopus præpoſitus in Eccleſia: dictus eò, quòd ſpeculetur, atque perſpiciat populorum infra ſe poſitorum mores & vitam.* Cognoſcere licet ex his, quid nominis eſt, Epiſcopus. Iam, qui ſint Presbyteri, nobis oſtēdit Anacletus, à Petro tertius Romę Pontifex. Anno Chriſti centeſimo. In Epiſtola ſua ſecunda, ad Epiſcopos Italiæ ſcripta.

Digitized by Google

PRESBYTER.

In lxxxiiij.Diſtinctione.Can.vltimo.

Non ætas longa,ſed rerum prudentia magna,verum πρεσβύτερον facit in Eccleſia.

Exod.17. Nume. 11. Prouer. 20. Sapien. 4.

MOyſi præcipitur, vt eligat πρεσβυτέρους,id eſt,Seniores.In prouerbiis autem dicitur,Gloria ſenum,Canicies. Hæc verò canicies,Sapientiam deſignat: de qua ſcriptum eſt: Canicies hominum,Prudentia eſt. Nongentos, & amplius,annos, ab Adam vſque ad Abraham, homines vixiſſe legimus . Nullus tamen alius priùs appellatus eſt πρεσβύτερος,id eſt,Senior,niſi Abrahã,qui multo paucioribus annis vixiſſe cognoſcitur: Non ergo propter decrepitam ſenectutem,ſed propter ſapientiam, Presbyteri nominantur..

Iſidorus in cap.iam citato xij.dictóque Can.Cleros.

Πρεσβύτερος Græcè,Latinè Senior interpretatur. Non pro ætate, vel decrepita ſenectute :ſed propter honorem & dignitatem , quam acceperunt , Presbyteri nominantur.Vnde & apud veteres,iidem Epiſcopi , & iidem Presbyteri fuerunt, quia nomen illud eſt dignitatis , non ætatis . Ideo autem & Presbyteri vocantur Sacerdotes, quia Sacrum dant. Presbyteri nomen , nominíſque rationem ſatis iſta demonſtrant. In ſacris verò quis appelletur Diaconus, oſtendit author ipſe ſacer atque ſanctus,Cyprianus.

DIACONVS.

In dicta xciij.Diſtinctione, Can.Dominus noſter Ieſus. ſ.Meminiſſe.& Can. Diaconi.

Cyprianus

Cyprianus Epiſt xi. lib.3. Hic Epiſcopus,Carthaginenſis ſub Decio , deinde ſub Voluſiano,carcerẽ & exilium paſſus:Martyrio demum coronatus ſub Valeriano & Gallieno,circiter annum Do.255.

Diaconi eſt obſequioſum ſe præbere iuſſis Epiſcoporum atque Presbyterorum.

MEminiſſe Diaconi debent, quoniam Apoſtolos(id eſt,Epiſcopos)& Presbyteros Dominus elegit:Diaconos autem,poſt aſcenſum Domini in cœlos,Apoſtoli ſibi conſtituerunt: Epiſcopatus ſui,& Eccleſiæ miniſtros. Item. Ex quarto concilio Carthaginenſi. cap. concilij 37. *In Græcis Carthaginenſibus conciliis , hoc deſideratur concilium , præter eius inſcriptionem , quæ ſic habet,* Ὁνωρίου Αὐγούστου τετάρτῳ, καὶ Εὐτυχιάνου, τοῦ λαμπροτάτου, *id eſt, Honorio Auguſto, quartùm,& Eutychiano clariſſimo,Coſ.hoc eſt,Anno* Chriſti 400.

DIaconi,ita ſe Presbyteri , ſicut & Epiſcopi, miniſtros eſſe cognoſcant. Item. Hieronymus in ea Epiſtola,Legimus.aduerſus Presbyteros inferiores,Diaconorum ſupercilium retundens,ait.—

QVid patitur menſarum & viduarum miniſter, vt ſupra eos tumidus ſe efferat,ad quorum preces,Chriſti corpus,ſanguíſque conficitur? Item. Iſidorus in eo cap. xij. bis paulò antè citato.Can.Cleros.

LEuitæ ſunt ex authorris ſui nomine vocati. De Leui enim Leuitæ exorti ſunt:à quibus in Dei templo,myſtici ſacramenti miniſteria explebãtur.Hi Græcè Διάκονοι, *Latinè,Miniſtri dicuntur: quia ſicut in Sacerdote Conſecratio,ita & in Diacono Miniſterij diſpenſatio habetur.* Hinc apparere poteſt, quæ ſit ea res, de qua ſumus diſſerturi : de qua quidem aliunde potuiſſem diſertiora ſumere : ſed hic ab Eucriniis Gratiani diuertere nolo.Quod autem deſideratur, Apoſtolicorum canonum dabit æditio noſtra, ſi Chriſtus adiuuerit.Hieronymi verbum duntaxat ſubiungam,mirè congruẽs antedictis,& omnia confirmans. Id inuenies in libro contra Iouinianum primo,To.2.ſic habens.—

Epiſcopus,& Presbyter , & Diaconus non ſunt meritorum nomina,ſed officiorum: nec Epiſcopus ,Presbyter, & Diaconus ideo ſunt beati,quia Epiſcopi,vel Presbyteri ſint,aut Diaconi: ſed ſi virtutes habuerint nominum ſuorum & officiorum. *Hæc ille.*

Poſt hanc autem verborum ſignificationem ſic explanatam, iam res ipſas aggrediamur. Cœterùm (quæ noſtri eſt infœlicitas æui) quia moribus tam diuerſis hodie viuitur, vt hæc omnia iure παλαιὰ videri queāt, ne me fortè (quod lex prohibet) τοῖς πρεσβυτέροις κακολογεῖν velle ſuſpicetur aliquis, Hîc ego præfabor, quod & Hieronymus hæc ipſa interpretaturus ad Oceanum ſcribit; inquiens.

Obſecro, ne quis me in ſuggillationē iſtius tēporis ſacerdotum ſcripſiſſe, quę ſcripſi, exiſtimet: ſed in Eccleſiæ vtilitatē. Vt enim Oratores & Philoſophi, deſcribentes qualem velint eſſe perfectum Oratorem & Philoſophū, non faciunt iniuriam Demoſtheni & Platoni, ſed res ipſas abſque perſonis definiunt: Sic in deſcriptione Epiſcopi, & in eorum expoſitione, quæ ſcripta ſunt, quaſi SPECVLVM SACERDOTII proponitur. Iam in poteſtate & conſcientia ſingulorum eſt, quales ſe ipſi aſpiciant: vt vel dolere ad deformitatē, vel gaudere ad pulchritudinem poſsint. *Hâc ego, nec aliâ mente, ſuſcepi modo tractandas iſtas Gratiani ἐυχρήσεις, exordiens à tertia vigeſimæ quintæ Diſtinctionis parte. Can. Vnum orarium. §. Ac primùm.*

Speculum Sacerdotij.

Auditor Chriſtiane, Non eſt vana, nec ocioſa res, Eſſe Sacerdotem: Raſum non ſatis eſt habere verticem: Pileolo caput, orbiculato quondam, nunc autem cornuto & criſtato velare: veſtem ad talos demittere: linea ſuperinduere: & alia Sacerdotis externa ſigna gerere non ſufficit: Niſi tu quóque ſis internis illis veſtitus ornamentis, quæ Sacerdotibus per Apoſtolū ſuum Chriſtus ipſe conſuit & concinnauit. Ea modò vobis ipſius Apoſtoli verbis ſingula referam: quæ ſunt huius initio libelli propoſita. Deinde cū Gratiano ſingulorum

Can. Sit rector. §. Apte autē. Infr. 43. diſt.

gulorum aggrediemur interpretationem.

ΔΕῖ ΤῸΝ ΠΡΕΣΒΎΤΕΡΟΝ ΕἾΝΑΙ (*vt ait Apoſtolus*) *Oportet Presbyterum eſſe.*

I

ἈΝΕΠΊΛΗΠΤΟΝ, ΚΑῚ ἈΝΈΓΚΛΗΤΟΝ, *Id eſt, Irreprehenſibilem & Inaccuſabilem.* *Qua de re dicemus proximâ diſt. 25.*

2

ΜΙ͂ΑΣ ΓΥΝΑΙΚῸΣ ἌΝΔΡΑ. *Id eſt, Vnius vxoris virum, ſeu maritum.* *De quo nos tractabimus à diſt. 26. ad diſt. 35. vſque.*

3

ΝΙΦΆΛΙΟΝ, *Id eſt, Vigilem, Intentũ & Sobrium.* *Quod explicabitur in ea diſt. 35.*

4

ΣΏΦΡΟΝΑ. *Id eſt, Prudentem, Prouidum, Pudicum.* *Dicetur in diſtinctionibus 36.37.38.& 39.*

5

ΚΌΣΜΙΟΝ, *Id eſt, Ornatum, Modeſtum, Benéque moratum.* *Quod explicatur inferius 40. & 41. diſt.*

6

ΦΙΛΌΞΕΝΟΝ *Id eſt, Hoſpitalem, Peregrinos, & abſentes à patria benignè ſuſcipientem.* *Quod eſt argumentum diſt.42.*

diſt.42.

7

ΔΙΔΑΚΤΙΚῸΝ, *Id eſt, Qui ſic doctrinâ polleat, vt alios docere poſsit.* *Gratianus hoc enodat in 43.diſt.*

8

ΜῊ ΠΆΡΟΙΝΟΝ, *Id eſt, Nõ vinolentum, nec ebrio-*

ſum. Quale ſit hoc ornamentum videbimus in diſt. 44.

9

ΜῊ ΠΛΗ΄ΚΤΗΝ, *id eſt, Non percuſſorem, nec violentum hominem. Comperies hoc enodatum. in diſt. 45.*

10

ἌΜΑΧΟΝ, *id eſt, A rixis, & altercationibus, & pugnis quibuſlibet alienum. Vt oſtendetur in diſt. 46.*

11. & 12. & 13.

ΜῊ ΑἸΣΧΡΟΚΕΡΔΗ͂. ἈΦΙΛΑ΄ΡΓΥΡΟΝ. ΤῸΝ ἸΔΙ΄ΟΥ ΟἼΚΟΥ ΚΑΛΩ͂Σ ΠΡΟΙΣΤΑ΄ΜΕΝΟΝ. *id eſt, Non turpium lucrorum ſectatorem. Non cupidum, nec amantem pecuniæ. Familiæ ſuæ bene præſidentem. Quæ tria declarabuntur in diſt. 46.*

14. & 15.

ΜῊ ΝΕΟ΄ΦΥΤΟΝ. ΚΑῚ ΜΑΡΤΥΡΙ΄ΑΝ ΚΑΛῊΝ ἜΧΕΙΝ ἈΠῸ ΤΩ͂Ν ἜΞΩΘΕΝ. *id eſt, Non Neophytum. & ab extraneis etiam probatum, & laudatum. De Nouitiis non ordinandis, & de bona fama neceſſaria presbyteris agetur, in diſt. 48.*

Sacerdotales quindecim veſtes, nec vnius illas generis, formæ, vel coloris, videtis, Auditores Chriſtiani. Quibus quidem, ſicut oportet, ſi nos ornauerimus, ſi nobis illas adaptauerimus, A frigoribus niuis nihil eſt, quod timeamus, veſtiti duplicibus: vt veſtiri monemur, prouerb. 31. cap. Nos hæc habētes (inquam) veſtimenta nuptialia poſſumus ad Regis nuptias intrepidi accedere. Non eiiciemur. Alioqui, extremo cum probro ſumus audituri, Amice, Quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialem? Id eſt, Tu qui Sacerdos & amicus meus dici vis, quo te potes ore Sacerdotem vocare? quâ tu fronte nunc audes ad filij mei conuiuium venire, licet inuitatus fueris, non habens eius ordinis inſigne geſtamen? Suis tandem miniſtris dicturus eſt ille magnus Regū rex, Ligatis manibus & pedibus eius, mittite eum in tenebras exteriores. Ibi fletus erit, & ſtridor dentium. Matthei cap. 22. A nobis Deus auertat iram ſuam tantam.

Iam rerum ſeries hoc in Speculo viſendarum ſingulatim proponatur. Dominus ieſus oculos nobis aperiat, vt omnia penitiſſimè contemplari valeamus. prima ſequitur.

DISTIN-

Digitized by Google

DISTINCTIO. XXV.

ἐπίσκοπος ἀνεπίληπτος, καὶ ἀνέγκλητος.

In Epiſcopo quod ineſſe primū Paulus præcipit, id eſt, δεῖ τὸν ἐπίσκοπον ἀνεπίληπτον εἶναι. Et, δεῖ τὸν ἐπίσκοπον ἀνέγκλητον εἶναι. Sic vertūt: Oportet Epiſcopū irreprehenſibilem eſſe. Et, Oportet Epiſcopum ſine crimine eſſe. quod idem eſt, authore Hieronymo. Quum verò Diaconos ipſe iubet, in bona conſcientia habere myſterium fidei: His verbis (ait Chryſoſtomus) irreprehenſibiles eſſe debere ſignificat, & ſine crimine, ſiue, nullum crimen habentes.
Criminis autem nomine, quodlibet peccatum intelligitur. Hieronymus ad Oceanum, circa finem Epiſtolæ: Nunquam, fili Oceane. To. 2.

Epiſcopus talis eſſe debet, vt ſubditis collatus, reprehenſioni non ſit obnoxius.

OMnes virtutes vno ſermone comprehendit: & penè rem contra naturam exigit. Si enim omne peccatum, etiam in ocioſo verbo, reprehenſione dignum eſt, quis eſt ille, qui abſque peccato, id eſt, ſine reprehenſione verſetur in hoc mundo? Sed futurus paſtor Eccleſiæ talis eligitur, ad cuius comparationē rectè Grex, cæteri nominētur. Paſtor & Grex.
Idem Hieronymus in primum caput Epiſtolæ ad Titum. To. 9.

Nullius debet infamiâ peccati laborare, quiſquis ad miniſterium capitur Eccleſiæ.

PRimùm quidem, ſine crimine ſit Epiſcopus. quod alio puto verbo ad Timotheum nominari, Irreprehenſibilem. Non intelligas, quòd eo tantùm tempore, quo ordinādus eſt, ſine vllo ſit crimine, quódque præteritas maculas nouâ cōuerſatione diluerit: ſed ex eo tempore, quo in Chriſto renatus eſt, nullâ peccati conſciētiâ remordeatur: Quomodo enim poteſt Præſes Eccleſiæ auferre malum de medio eius, qui in delictum ſimile corruit? Aut quâ libertate peccantem corripere poteſt, quum tacitus ipſe ſibi reſpondeat, eadem ſe admiſiſſe, quæ corripit? Crimen Hieronymus accepit pro quocunque delicto: & certè, generis vox eſt, cōplectens omne peccatum, quod ex deliberatione procedit: Attamen coarctant hîc ad manifeſta,

C publicáque

publicáque tantùm, quæ pro tribunali digna ſint accuſatione, atque damnatione, quorúmque perpetua eſt infamia.

Lxxxj. Diſtinctione. Can. 1.

Auguſtinus Tractatu 41. in Euangelium Ioannis. To. 9.

Omne crimen eſt peccatum: ſed non omne Peccatum eſt crimen. Ipſe idem Auguſtinus hoc habet in cap. 64. Enchiridij. To 3.

APoſtolus Paulus (quando elegit ordinandos vel Preſbyteros, vel Diaconos, & quicunque ordinandus eſt ad Præpoſituram Eccleſiæ) non ait: Si quis ſine peccato eſt (Hoc enim ſi diceret, omnis homo reprobaretur, nullus ordinaretur) Sed ait, Si quis ſine crimine eſt: ſicut eſt homicidium, adulterium, aliqua immundicia, fornicationes, furtum, fraus, ſacrilegium, & cætera huiuſmodi. Crimen enim eſt peccatum graue, accuſatione & damnatione digniſſimum. *Gratianus*: Ecce. Quiſquis ordinandus eſt in Epiſcopū, non ſolùm ſuæ ordinationis tempore, ſed etiam omni tempore poſt Baptiſma, debet à crimine immunis eſſe. *Deinde Gratianus aggreditur ſecundum, quod eſt in Apoſtolo, volens oſtendere, quòd, Si fortè Maritus aliquis ordinetur, Ordinandus eſt vnius duntaxat vxoris vir.*

DISTINCTIO XXVI.

Sequitur in vtráque Epiſtola.

ΜΙΑ͂Σ ΓΥΝΑΙΚΟ͂Σ ἌΝΔΡΑ.

Vnius vxoris virum. *Gratianus*: Poſt Baptiſma, videlicet, non ante Baptiſmum.

Duobus in locis Gratianus problema diſputandum propoſuit, Habendus ne ſit Digamus is, qui, vnam, antequam baptizaretur, alteram verò poſt lauacrum, priore mortuā, duxit vxorē: ſcilicet, in hac xxvi diſtinctione, et in quæſtione tertia cauſæ vigeſimæ octauæ. Vtrinque more ſuo diſputans, eadem citat. Errans tamen (vt nimium ſæpe ſolet) in authorum titulis Quòd in Digamiam non incurrat ille ſecundò maritus, probatur. Hieronymus enim ſcribit ad Oceanum.

Miniſtro futuro non obſtat Digamia, quæ poſt Baptiſmum non contrahitur.

Vnius

Digitized by Google

VNius uxoris virũ, id eſt, *Monogamum poſt Baptiſmum: Nam ſi coniugem priùs habuerit, quæ & obierit, A baptiſmo repetitæ nuptiæ non imputentur ei. Cui prorſus nouo homini, nec ſtupra, nec alia, quæ antè fuerũt, ampliùs obſunt.* Hæc Hieronymi quidem ſententia, multis ab eodem rationibus nec vno loco defenſa, quas Gratianus hic omiſit. Contrà ſentit Auguſtinus in.18. cap. libri De bono coniugali. To.6.

Vnam qui duxerit ante Baptiſmum: Poſtque Baptiſmum duxerit alteram, non eſt ordinandus, quia Digamus.

ACutiùs hoc intellexerũt, qui nec eum, qui Catechumenus, vel Paganus habuerit alteram, ordinandum eſſe cenſuerunt: De Sacramento enim agitur, non de peccato: Nam in Baptiſmo, peccata omnia dimittuntur. Sed qui dixit, — *Si acceperis uxorẽ, non peccaſti: & Si nupſerit virgo, non peccat: & Quod vult faciat, non peccat, ſi nubat:* 1.Cor.7. Satis declarauit nuptias nullum eſſe peccatum. Propter Sacramenti autem ſanctitatem, ſicut fœmina, etiamſi Catechumena fuerit vitiata, non poteſt poſt Baptiſmum inter Dei virgines conſecrari: Ita non abſurdè viſum eſt, eum qui exceſſit uxorum numerum ſingularem, non peccatum aliquod commiſiſſe, ſed normam quandam Sacramenti amiſiſſe, non ad vitæ bonæ meritum, ſed ad ordinationis Eccleſiaſticæ ſignaculum, neceſſariam.

Vt allegorica fuit in antiquæ legis Patriarchis vxorum multitudo: Sic eſt & vnius in noſtris.

§. Ac per hoc, ſicut plures uxores antiquorum patrum ſignificauerunt futuras noſtras ex omnibus gentibus Eccleſias, uni viro ſubditas Chriſto: ita noſter Antiſtes unius uxoris vir, ſignificat ex omnibus gentibus uni-

tatem, vni viro ſubditam Chriſto: quæ tunc perficietur,
1.Cor.4. *quum reuelauerit occulta tenebrarum, & manifeſtauerit cogitationes cordis, & tunc laus erit vnicuíque à Deo.*

Item. Innocentius papa Romæ 1. in cap.2. Epiſtolæ ſuæ 22. quam ſcripſit ad Epiſcopos Macedoniæ, Conſtantio Conſule, id eſt, anno Chriſti 416. *Videtur hæc inſtituta fuiſſe diſputatio contra Hieronymũ: quod deprehendas ex ſæpe citata Epiſtola ad Oceanum: ſed antequam foret ille Papa.*

Culpa remittitur in Baptiſmo: Lex verò naturæ, vel coniugij non aboletur.

D*Einde ponitur: Non dici oportere Digamum eum, qui Catechumenus habuerit & amiſerit vxorem, ſi poſt Baptiſmum fuerit aliam ſortitus: eámque primam videri, quæ nouo homini copulata ſit: quia illud cõiugium per Baptiſmi ſacramentum cum cæteris criminibus ſit ablutum. Quòd cùm de vna vtique dicitur: certè ſi tres habuerit in veteri poſitus homine vxores, erit ei, quæ poſt Baptiſmum quarta eſt, ſic interpretantibus, prima. Virginis æquè nomen accipiet, quæ quarto loco ducta eſt. Quis (oro) iſtud non videat contra Apoſtoli eſſe præceptum, qui ait, Vnius*
1.Timo.3. *vxoris virum oportere fieri ſacerdotẽ? Sed obiicitur, Quòd in Baptiſmo totum, quicquid in veteri homine geſtũ eſt, ſit lotum. Dicite mihi (cum pace veſtra loquar) an crimina tantùm dimittũtur in Baptiſmo: an & illa, quæ ſecundum Dei præcepta ac Dei inſtituta complentur? Vxorem ducere, crimen eſt, an non eſt crimen? Si crimen eſt, ergo (præfatâ veniâ dixerim) erit author in culpa: qui, vt cri-*
Gene.1. & 2.d. *mina committerentur, in paradiſo præcepit, cùm ipſe eos benedixit. Si verò non eſt crimen: quia, quod Deus inſti-*
Matth. 19.a *tuit, nefas eſt crimen appellari: & Salomon addidit: Ete-*
Prouer.19.c *nim à Deo præparatur viro vxor: quomodo creditur inter*

ter crimina eſſe dimiſſum, quod Deo authore legitur conſummatum?

Euangeliũ chriſti, Nuptias & Succeſſiones hæreditarias, vti naturales ac legitimas, inter gentiles approbat.

§. *Quid de talium filiis cenſetur? nunquid non erũt admittendi in hæreditatis conſortium, qui ex ea ſuſcepti ſunt, quæ ante Baptiſmum fuit vxor? erúntque appellandi vel Naturales, vel Spurij? quia non eſt legitimum matrimoniũ, niſi illud (vt nobis videtur) quod poſt Baptiſmum aſſumitur. Ipſe Deus, cũ interrogaretur à Iudæis, ſi liceret vxorem dimittere: atque exponeret fieri non debere, addidit: Quos Deus coniunxit, homo non ſeparet. An ne de his locutus eſſe credatur, qui vxores poſt Baptiſmum ſortiuntur? Meminerint & hoc à Iudæis interrogatum, & etiam Iudæis eſſe reſponſum.* Marc. 10.a Matth. 19.a

Frater gentilis cum fratre Chriſtiano paternam diuidit hæreditatem.

§. *Quæro, & ſolicitus quæro, Si vna eadémque ſit vxor eius, qui antè Catechumenus, poſtea Fidelis: filióſque ex ea, quum eſſet Cathecumenus ſuſceperit: & poſtea alios filios cùm ſit Fidelis, Vtrum ſint fratres appellandi? an non habeant poſtea, defuncto patre, Erciſcundæ hæreditatis conſortium, quibus filiorum nomen regeneratio ſpiritualis creditur abſtuliſſe? quod cùm ita ſentire abſurdum eſt: quæ ratio eſt hoc defendi, & vacuâ magis opinione iactari, quàm aliquâ authoritate roborati? quum non poſsit inter peccata deputari, quod lex præcepit, quod Deus iunxit, & Lex iungit.*

Virtutis opus Infideli demum prodeſt, ſi conuertatur ad fidem.

Digitized by Google

§. *Nunquid, ſi Catechumenus virtutibus ſtuduit, humilitatem ſecutus eſt, patientiam tenuit, eleemoſynas fecit, morti deſtinatos quâlibet ratione eripuit, adulteria exhorruit, caſtitatem tenuit: Quæro, Si hæc omnia, quum factus fuerit fidelis, amittit, quia per Baptiſmum totum quòd vetus homo geſſerat, putatur auferri? Aſpicias gen-*

Act.10.d. *tilem hominem Cornelium, orationibus atque eleemoſynis vacantem, Angelum audientem per reuelationem, ipſúmque Petrum videntem: nunquid per Baptiſmum hæc illi ablata ſunt, propter quæ ei Baptiſmus videtur eſſe conceſſus? Si ita creditur, mihi credite, non modicum erratur: quia, quicquid bene geſtum fuerit, & ſecundùm præcepta legalia cuſtoditum, non poteſt facientibus deperire.*

Nuptiarum copula nectitur à Deo. quam vel Baptiſmus, vel alia, quæcunque poſtea recipiuntur, Eccleſiæ ſacramenta, diſſoluere non poſſunt. Id etiam probatur in can. Si quis docuerit.38. diſt,

§. *Nuptiarum ergo copula, quia Dei mandato perficitur, non poteſt dici peccatum: & quod peccatum non eſt, ſolui inter peccata credi non debet. Erítque integrum & ſalutare exiſtimare, aboleri non poſſe prioris nomen vxoris: quum non ſit dimiſſum pro peccato, quod ex Dei ſit voluntate completum.*

Item. Ambroſius in libro primo de officiis.cap.vltimo. *In Epiſcopum Mediolanenſem vocatus eſt, Damaſo Papâ Romæ ſedente, maioréque Valentiniano regnante. circiter annum ſalutis 370.quum* Præſes *tunc eſſet Italicæ Galliæ. Demum, Fl. Stilicone res imperij adminiſtrante obiit, ſub annum 405.*

Digamus eſt qui ante Baptiſmum duxerit vnam, & alteram poſt Baptiſmum: Nec enim quandocúnque repititæ nuptiæ conueniunt ſacerdotali caſtimoniæ

V*Na tantùm, nec repetita, nobis copula permittitur: & in ipſo coniugio Lex eſt, non iterare coniugium,*

nec

Digitized by Google

nec ſecundæ coniugis ſortiri coniunctionem. Quod pleriſque mirum videtur: cur etiam ante Baptiſmum iterato coniugio, electioni muneris, & prærogatiuæ ordinationis, impedimenta generentur: quum delicta obeſſe non ſoleãt, ſi lauacri remiſſa fuerint Sacramẽto. Sed intelligere debemus, quia in Baptiſmo, culpa dimitti poteſt, Lex aboleri non poteſt. In coniugio non culpa, ſed Lex eſt quod culpæ eſt igitur, in Baptiſmo relaxatur: quod Legis eſt, in coniugio non ſoluitur. Quomodo autem poteſt eſſe hortator viduitatis, qui & ipſe cõiugia freq̃uẽtauerit? Gratianus *hic inter ethnicos cõiugia vera fuiſſe docet, adhuc aliâ ex Euangelio depromptâ authoritate.*

IOannes Baptiſta, dum Herodem ab inceſtu prohiberet, dicens: Non licet tibi habere vxorem fratris tui: Euidenter oſtendit inter Infideles coniugia eſſe. Luc. 3. d. Mat. 14. Gratianus. Vnde datur intelligi quòd Digami dicuntur, non ſolùm qui poſt Baptiſma cõiugia frequentant, ſed etiam qui ante Baptiſmum vnam, & poſt Baptiſmum alteram habuiſſe probantur. Digamus verò in ſacerdotem ordinari non debet, non quia deliquerit, ſecundam accipiendo vxorem, ſed quia prærogatiuâ exutus eſt ſacerdotis. Vnde Ambroſius in Epiſtola 82. libro 10. ad Verſellenſem Eccleſiam ait. ___

Non eſt inquinatus Digamus: non tamen eſt ad Sacerdotium mundus.

QVi ſine crimine, Vnius vxoris eſt vir, tenetur ad legem ſacerdotij ſuſcipiendi, Qui autem iterauerit coniugium, culpam quidẽ non habet coinquinati, ſed prærogatiuâ exuitur ſacerdotis. Ergo diſpenſatorem Eccleſiæ non licet ordinari, niſi vnius vxoris virum, *Chriſtiane Sacerdos, Caue, ne cum nuptiatoribus Gnoſticis exiſtimes hoc eſſe verbum ſancientis, quaſi non liceat Epiſcopum fieri, qui ſuam non circunducat vxorem. Tacebo de cæteris Apoſtolis, omnibus ferè virginibus, aut cælibibus: Ipſe Paulus non fuiſſet Epiſcopus. Non ergo legem, ſed modum ponit. Vt ſi contigerit à ſeculi rebus ad hoc cæleſte munus quempiam vocari, ſit ille Monogamus, Hæc omnium, ne vno quidem contradicente, veterum ſentẽtia patrũ. De qua nos in Canonib. Apoſtolorum, & in ſubſequentibus adhuc diſtinctionibus.*

Digitized by Google

Poſt hanc autem verborum ſignificationem ſic explanatam, iam res ipſas aggrediamur. Cœterùm (quæ noſtri eſt infœlicitas æui) quia moribus tam diuerſis hodie viuitur, vt hæc omnia iure παλαιὰ videri queãt, ne me fortè (quod lex prohibet) τοῖς πρεσβυτέροις κακολογεῖν velle ſuſpicetur aliquis, Hic ego præfabor, quod & Hieronymus hæc ipſa interpretaturus ad Oceanum ſcribit: inquiens. ——

Obſecro, ne quis me in ſuggillationẽ iſtius tẽporis ſacerdotum ſcripſiſſe, quę ſcripſi, exiſtimet: ſed in Eccleſiæ vtilitatẽ. Vt enim Oratores & Philoſophi, deſcribentes qualem velint eſſe perfectum Oratorem & Philoſophũ, non faciunt iniuriam Demoſtheni & Platoni, ſed res ipſas abſque perſonis definiunt: Sic in deſcriptione Epiſcopi, & in eorum expoſitione, quæ ſcripta ſunt, quaſi SPECVLVM SACERDOTII proponitur. Iam in poteſtate & conſcientia ſingulorum eſt, quales ſe ipſi aſpiciant: vt vel dolere ad deformitatẽ, vel gaudere ad pulchritudinem poſsint. *Hâc ego, nec aliâ mente, ſuſcepi modo tractandas iſtas Gratiani ἐυκρίσεις, exordiens à tertia vigeſimæ quintæ Diſtinctionis parte. Can. Vnum orarium. §. Ac primùm.*

Speculum Sacerdotij.

Auditor Chriſtiane, Non eſt vana, nec ocioſa res, Eſſe Sacerdotem: Raſum non ſatis eſt habere verticem: Pileolo caput, orbiculato quondam, nunc autem cornuto & criſtato velare: veſtem ad talos demittere: linea ſuperinduere: & alia Sacerdotis externa ſigna gerere non ſufficit: Niſi tu quóque ſis internis illis veſtitus ornamentis, quæ Sacerdotibus per Apoſtolũ ſuum Chriſtus ipſe conſuit & concinnauit. Ea modò vobis ipſius Apoſtoli verbis ſingula referam: quæ ſunt huius initio libelli propoſita. Deinde cũ Gratiano ſingulorum

Can. Sit rector. §. Aptè autẽ. Infr. 43. diſt.

gulorum aggrediemur interpretationem.

ΔΕῖ ΤῸΝ ΠΡΕΣΒΎΤΕΡΟΝ ΕἾΝΑΙ (*vt ait Apoſtolus*) *Oportet Presbyterum eſſe.*

1

ἈΝΕΠΊΛΗΠΤΟΝ, ΚΑῚ ἈΝΈΓΚΛΗΤΟΝ, *Id eſt, Irreprehenſibilem & Inaccuſabilem.* *Qua de re dicemus proximâ diſt. 25.*

2

ΜΙΑ͂Σ ΓΥΝΑΙΚῸΣ ἌΝΔΡΑ. *Id eſt, Vnius vxoris virum, ſeu maritum.* *De quo nos tractabimus à diſt. 26. ad diſt. 35. vſque.*

3

ΝΗΦΆΛΙΟΝ, *Id eſt, Vigilem, Intentũ & Sobrium.* *Quod explicabitur in ea diſt. 35.*

4

ΣΏΦΡΟΝΑ. *Id eſt, Prudentem, Prouidum, Pudicum.* *Dicetur in diſtinctionibus 36. 37. 38. & 39.*

5

ΚΌΣΜΙΟΝ, *Id eſt, Ornatum, Modeſtum, Benéque moratum.* *Quod explicatur inferius 40. & 41. diſt.*

6

ΦΙΛΌΞΕΝΟΝ *Id eſt, Hoſpitalem, Peregrinos, & abſentes à patria benignè ſuſcipientem.* *Quod eſt argumentum diſt. 42.*

diſt. 42.

7

ΔΙΔΑΚΤΙΚῸΝ, *Id eſt, Qui ſic doctrinâ polleat, vt alios docere poſſit.* *Gratianus hoc enodat in 43. diſt.*

8

ΜῊ ΠΆΡΟΙΝΟΝ, *Id eſt, Nõ vinolentum, nec ebrio-*

Digitized by Google

ſum. Quale ſit hoc ornamentum videbimus in diſt. 44.

9

ΜῊ ΠΛΗ͂ΚΤΗ͂Ν, *id eſt, Non percuſſorem, nec violentum hominem. Comperies hoc enodatum. in diſt. 45.*

10

ἌΜΑΧΟΝ, *id eſt, A rixis, & altercationibus, & pugnis quibuſlibet alienum. Vt oſtendetur in diſt. 46.*

11. & 12. & 13.

ΜῊ ΑἸΣΧΡΟΚΕΡΔΗ͂. ἈΦΙΛΆΡΓΥΡΟΝ. ΤΟ͂Ν ἸΔΊΟΥ ΟἼΚΟΥ ΚΑΛΩ͂Σ ΠΡΟΙΣΤΆΜΕΝΟΝ. *id eſt, Non turpium lucrorum ſectatorem. Non cupidum, nec amantem pecuniæ. Familiæ ſuæ bene præſidentem. Quæ tria declarabuntur in diſt. 46.*

14. & 15.

ΜῊ ΝΕΌΦΥΤΟΝ. ΚΑῚ ΜΑΡΤΥΡΊΑΝ ΚΑΛῊΝ ἜΧΕΙΝ ἈΠῸ ΤΩ͂Ν ἜΞΩΘΕΝ. *id eſt, Non Neophytum. & ab extraneis etiam probatum, & laudatum. De Nouitiis non ordinandis, & de bona fama neceſſaria presbyteris agetur, in diſt. 48.*

Sacerdotales quindecim veſtes, nec vnius illas generis, formæ, vel coloris, videtis, Auditores Chriſtiani. Quibus quidem, ſicut oportet, ſi nos ornauerimus, ſi nobis illas adaptauerimus, A frigoribus niuis nihil eſt, quod timeamus, veſtiti duplicibus: vt veſtiri monemur, prouerb. 31. cap. Nos hæc habētes (inquam) veſtimenta nuptialia poſſumus ad Regis nuptias intrepidi accedere. Non eiiciemur. Alioqui, extremo cum probro ſumus audituri, Amice, Quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialem? Id eſt, Tu qui Sacerdos & amicus meus dici vis, quo te potes ore Sacerdotem vocare? quâ tu fronte nunc audes ad filij mei conuiuium venire, licet inuitatus fueris, non habens eius ordinis inſigne geſtamen? Suis tandem miniſtris dicturus eſt ille magnus Regū rex, Ligatis manibus & pedibus eius, mittite eum in tenebras exteriores. Ibi fletus erit, & ſtridor dentium. Matthei cap. 22. A nobis Deus auertat iram ſuam tantam.

Iam rerum ſeries hoc in Speculo viſendarum ſingulatim proponatur. Dominus Ieſus oculos nobis aperiat, vt omnia penitiſſimè contemplari valeamus. prima ſequitur.

DISTIN-

DISTINCTIO. XXV.

ἘΠΊΣΚΟΠΟΣ ἈΝΕΠΊΛΗΠΤΟΣ, ΚΑῚ ἈΝΈΓΚΛΗΤΟΣ.

In Epiſcopo quod ineſſe primũ Paulus præcipit, id eſt, δεῖ τὸν ἐπίσκοπον ἀνεπίληπτον εἶναι. Et, δεῖ τὸν ἐπίσκοπον ἀνέγκλητον εἶναι. Sic vertũt: Oportet Epiſcopũ irreprehenſibilem eſſe. Et, Oportet Epiſcopum ſine crimine eſſe. quod idem eſt, authore Hieronymo. Quum verò Diaconos ipſe iubet, in bona conſcientia habere myſterium fidei: His verbis (ait Chryſoſtomus) irreprehenſibiles eſſe debere ſignificat, & ſine crimine, ſiue, nullum crimen habentes.
Criminis autem nomine, quodlibet peccatum intelligitur. Hieronymus ad Oceanum, circa finem Epiſtolæ: Nunquam, fili Oceane. To. 2.

Epiſcopus talis eſſe debet, vt ſubditis collatus, reprehenſioni non ſit obnoxius.

OMnes virtutes vno ſermone comprehendit: & penè rem contra naturam exigit. Si enim omne peccatum, etiam in ocioſo verbo, reprehenſione dignum eſt, quis eſt ille, qui abſque peccato, id eſt, ſine reprehenſione verſetur in hoc mundo? Sed futurus paſtor Eccleſiæ talis eligitur, ad cuius comparationẽ rectè Grex, cæteri nominẽtur. Paſtor & Grex.
Idem Hieronymus in primum caput Epiſtolæ ad Titum. To. 9.

Nullius debet infamiâ peccati laborare, quiſquis ad miniſterium capitur Eccleſiæ.

PRimùm quidem, ſine crimine ſit Epiſcopus. quod alio puto verbo ad Timotheum nominari, Irreprehenſibilem. Non intelligas, quòd eo tantùm tempore, quo ordinãdus eſt, ſine vllo ſit crimine, quódque præteritas maculas nouâ cõuerſatione diluerit: ſed ex eo tempore, quo in Chriſto renatus eſt, nullâ peccati conſciẽtiâ remordeatur: Quomodo enim poteſt Præſes Eccleſiæ auferre malum de medio eius, qui in delictum ſimile corruit? Aut quâ libertate peccantem corripere poteſt, quum tacitus ipſe ſibi reſpondeat, eadem ſe admiſiſſe, quæ corripit? Crimen Hieronymus accepit pro quocunque delicto: & certè, generis vox eſt, cõplectens omne peccatum, quod ex deliberatione procedit: Attamen coarctant hîc ad manifeſta,

publicáque tantùm, quæ pro tribunali digna ſint accuſatione, atque damnatione, quorúmque perpetua eſt infamia.

Lxxxj. Diſtinctione. Can. 1.

Auguſtinus Tractatu 41. in Euangelium Ioannis. To. 9.

Omne crimen eſt peccatum: ſed non omne Peccatum eſt crimen. Ipſe idem Auguſtinus hoc habet in cap. 64. Enchiridij. To 3.

APoſtolus Paulus (quando elegit ordinandos vel Preſbyteros, vel Diaconos, & quicunque ordinandus eſt ad Præpoſituram Eccleſiæ) non ait: Si quis ſine peccato eſt (Hoc enim ſi diceret, omnis homo reprobaretur, nullus ordinaretur) Sed ait, Si quis ſine crimine eſt: ſicut eſt homicidium, adulterium, aliqua immundicia, fornicationes, furtum, fraus, ſacrilegium, & cætera huiuſmodi. Crimen enim eſt peccatum graue, accuſatione & damnatione digniſsimum. *Gratianus*: Ecce. Quiſquis ordinandus eſt in Epiſcopũ, non ſolùm ſuæ ordinationis tempore, ſed etiam omni tempore poſt Baptiſma, debet à crimine immunis eſſe. *Deinde Gratianus aggreditur ſecundum, quod eſt in Apoſtolo, volens oſtendere, quòd, Si fortè Maritus aliquis ordinetur,* Ordinandus *eſt vnius duntaxat vxoris vir.*

DISTINCTIO XXVI.

Sequitur in vtráque Epiſtola. ____

ΜΙΑ͂Σ ΓΥΝΑΙΚΟ͂Σ ἌΝΔΡΑ.

Vnius vxoris virum. *Gratianus*: Poſt Baptiſma, videlicet, non ante Baptiſmum.

Duobus in locis Gratianus problema diſputandum propoſuit, Habendus ne ſit Digamus is, qui, vnam, antequam baptizaretur, alteram verò poſt lauacrum, priore mortuâ, duxit vxorē: ſcilicet, in hac xxvi diſtinctione, et in quæſtione tertia cauſæ vigeſimæ octauæ. Vtrínque more ſuo diſputans, eadem citat. Errans tamen (vt nimium ſæpe ſolet) in authorum titulis Quòd in Digamiam non incurrat ille ſecundò maritus, probatur. Hieronymus enim ſcribit ad Oceanum.

Miniſtro futuro non obſtat Digamia, quæ poſt Baptiſmum non contrahitur.

Vnius

Digitized by Google

VNius vxoris virũ, id eſt, Monogamum poſt Baptiſmum: Nam ſi coniugem priùs habuerit, quæ & obierit, A baptiſmo repetitæ nuptiæ non imputentur ei. Cui prorſus nouo homini, nec ſtupra, nec alia, quæ antè fuerũt, ampliùs obſunt. *Hæc Hieronymi quidem ſententia, multis ab eodem rationibus nec vno loco defenſa, quas Gratianus hic omiſit.* Contrà ſentit Auguſtinus in.18. cap. libri De bono coniugali. To.6.

Vnam qui duxerit ante Baptiſmum: Poſtque Baptiſmũm duxerit alteram, non eſt ordinandus, quia Digamus.

ACutiùs hoc intellexerũt, qui nec eum, qui Catechumenus, vel Paganus habuerit alteram, ordinandum eſſe cenſuerunt: De Sacramento enim agitur, non de peccato: Nam in Baptiſmo, peccata omnia dimittuntur. Sed qui dixit, — Si acceperis vxorẽ, non peccaſti: &, Si nupſerit virgo, non peccat: &, Quod vult faciat, non peccat, ſi nubat: Satis declarauit nuptias nullum eſſe peccatum. Propter Sacramenti autem ſanctitatem, ſicut fœmina, etiamſi Catechumena fuerit vitiata, non poteſt poſt Baptiſmum inter Dei virgines conſecrari: Ita non abſurdè viſum eſt, eum qui exceſſit vxorum numerum ſingularem, non peccatum aliquod commiſiſſe, ſed normam quandam Sacramenti amiſiſſe, non ad vitæ bonæ meritum, ſed ad ordinationis Eccleſiaſticæ ſignaculum, neceſſariam. 1.Cor.7.

Vt allegorica fuit in antiquæ legis Patriarchis vxorum multitudo: Sic eſt & vnius in noſtris.

§. *Ac per hoc, ſicut plures vxores antiquorum patrum ſignificauerunt futuras noſtras ex omnibus gentibus Eccleſias, vni viro ſubditas Chriſto: ita noſter Antiſtes vnius vxoris vir, ſignificat ex omnibus gentibus vni-*

Digitized by Google

tatem, vni viro ſubditam Chriſto: quæ tunc perficietur,
1.Cor.4. *quum reuelauerit occulta tenebrarum, & manifeſtauerit cogitationes cordis, & tunc laus erit vnicuíque à Deo.*

Item. Innocentius papa Romæ 1. in cap. 2. Epiſtolæ ſuæ 22. quam ſcripſit ad Epiſcopos Macedoniæ, Conſtantio Conſule, id eſt, anno Chriſti 416. *Videtur hæc inſtituta fuiſſe diſputatio contra Hieronymũ: quod deprebendas ex ſæpe citata Epiſtola ad Oceanum: ſed antequam foret ille Papa.*

Culpa remittitur in Baptiſmo: Lex verò naturæ, vel coniugij non abo!etur.

D*Einde ponitur: Non dici oportere Digamum eum, qui Catechumenus habuerit & amiſerit vxorem, ſi poſt Baptiſmum fuerit aliam ſortitus: eámque primam videri, quæ nouo homini copulata ſit: quia illud cõiugium per Baptiſmi ſacramentum cum cæteris criminibus ſit ablutum. Quòd cùm de vna vtique dicitur: certè ſi tres habuerit in veteri poſitus homine vxores, erit ei, quæ poſt Baptiſmum quarta eſt, ſic interpretantibus, prima. Virginis æquè nomen accipiet, quæ quarto loco ducta eſt. Quis (oro) iſtud non videat contra Apoſtoli eſſe præceptum, qui ait, Vnius*
1.Timo.3. *vxoris virum oportere fieri ſacerdotẽ? Sed obiicitur, Quòd in Baptiſmo totum, quicquid in veteri homine geſtũ eſt, ſit lotum. Dicite mihi (cum pace veſtra loquar) an crimina tantùm dimittũtur in Baptiſmo: an & illa, quæ ſecundum Dei præcepta ac Dei inſtituta complentur? Vxorem ducere, crimen eſt, an non eſt crimen? Si crimen eſt, ergo (præfatâ veniâ dixerim) erit author in culpa: qui, vt cri-*
Gene.1. & 2.d. *mina committerentur, in paradiſo præcepit, cùm ipſe eos benedixit. Si verò non eſt crimen: quia, quod Deus inſti-*
Matth. 19.a *tuit, nefas eſt crimen appellari: & Salomon addidit: Ete-*
Prouer.19.c *nim à Deo præparatur viro vxor: quomodo creditur in-*

ter

Digitized by Google

ter crimina eſſe dimiſſum, quod Deo authore legitur conſummatum?

Euangeliũ chriſti, Nuptias & Succeſſiones hæreditarias, vti naturales ac legitimas, inter gentiles approbat.

§. *Quid de talium filiis cenſetur? nunquid non erũt admittendi in hæreditatis conſortium, qui ex ea ſuſcepti ſunt, quæ ante Baptiſmum fuit vxor? erúntque appellandi vel Naturales, vel Spurij? quia non eſt legitimum matrimoniũ, niſi illud (vt nobis videtur) quod poſt Baptiſmum aſſumitur. Ipſe Deus, cũ interrogaretur à Iudæis, ſi liceret vxorem dimittere: atque exponeret fieri non debere, addidit: Quos Deus coniunxit, homo non ſeparet. An ne de his locutus eſſe credatur, qui vxores poſt Baptiſmum ſortiuntur? Meminerint & hoc à Iudæis interrogatum, & etiam Iudæis eſſe reſponſum.* Marc. 10.a Matth. 19.a

Frater gentilis cum fratre Chriſtiano paternam diuidit hæreditatem.

§. *Quæro, & ſolicitus quæro, Si vna eadémque ſit vxor eius, qui antè Catechumenus, poſtea Fidelis: filióſque ex ea, quum eſſet Cathecumenus ſuſceperit: & poſtea alios filios cùm ſit Fidelis, Vtrum ſint fratres appellandi? an non habeant poſtea, defuncto patre, Erciſcundæ hæreditatis conſortium, quibus filiorum nomen regeneratio ſpiritualis creditur abſtuliſſe? quod cùm ita ſentire abſurdum eſt: quæ ratio eſt hoc defendi, & vacuâ magis opinione iactari, quàm aliquâ authoritate roborari? quum non poßit inter peccata deputari, quod lex præcepit, quod Deus iunxit, & Lex iungit.*

Virtutis opus Infideli demum prodeſt, ſi conuertatur ad fidem.

Digitized by Google

nec ſecundæ coniugis ſortiri coniunctionem. Quod pleriſque mirum videtur: cur etiam ante Baptiſmum iterato coniugio, electioni muneris, & prærogatiuæ ordinationis, impedimenta generentur: quum delicta obeſſe non ſoleāt, ſi lauacri remiſſa fuerint Sacramēto. Sed intelligere debemus, quia in Baptiſmo, culpa dimitti poteſt, Lex aboleri non poteſt. In coniugio non culpa, ſed Lex eſt quod culpæ eſt igitur, in Baptiſmo relaxatur: quod Legis eſt, in coniugio non ſoluitur. Quomodo autem poteſt eſſe hortator viduitatis, qui & ipſe cōiugia frequētauerit? Gratianus *hic inter ethnicos cōiugia vera fuiſſe docet, adhuc aliā ex Euangelio depromptā authoritate.*

IOannes Baptiſta, dum Herodem ab inceſtu prohiberet, dicens: Non licet tibi habere vxorem fratris tui: Euidenter oſtendit inter Infideles coniugia eſſe. Luc. 3. d. Mat. 14. Gratianus. Vnde datur intelligi quòd Digami dicuntur, non ſolùm qui poſt Baptiſma cōiugia frequentant, ſed etiam qui ante Baptiſmum vnam, & poſt Baptiſmum alteram habuiſſe probantur. Digamus verò in ſacerdotem ordinari non debet, non quia deliquerit, ſecundam accipiendo vxorem, ſed quia prærogatiuâ exutus eſt ſacerdotis. Vnde Ambroſius in Epiſtola 82. libro 10. ad Verſellenſem Eccleſiam ait. ___

Non eſt inquinatus Digamus: non tamen eſt ad Sacerdotium mundus.

QVi ſine crimine, Vnius vxoris eſt vir, tenetur ad legem ſacerdotij ſuſcipiendi, Qui autem iterauerit coniugium, culpam quidē non habet coinquinati, ſed prærogatiuâ exuitur ſacerdotis. Ergo diſpenſatorem Eccleſiæ non licet ordinari, niſi vnius vxoris virum, *Chriſtiane Sacerdos, Caue, ne cum nuptiatoribus Gnoſticis exiſtimes hoc eſſe verbum ſancientis, quaſi non liceat Epiſcopum fieri, qui ſuam non circunducat vxorem. Tacebo de cæteris Apoſtolis, omnibus ferè virginibus, aut cælibibus: Ipſe Paulus non fuiſſet Epiſcopus. Non ergo legem, ſed modum ponit. Vt ſi contigerit à ſeculi rebus ad hoc cœleſte munus quempiam vocari, ſit ille Monogamus, Hæc omnium, ne vno quidem contradicente, veterum ſentētia patrū. De qua nos in Canonib. Apoſtolorum, & in ſubſequentibus adhuc diſtinctionibus.*

Digitized by Google

DISTINCTIO XXVII.

Ad Sacravocati Miniſtri, Coniugio non debent amplius vti.

Gratianus, QVOD autem, Vnius vxoris vir, Epiſcopus iubetur eligi: quæritur, An de tempore ordinationis hoc ſit accipiendum? Vt tempore ſuæ adminiſtrationis, eius poſsit copula frui, quam vnicam & virginem ſibi deſpōſauit. Hoc Martinus papa prohibet: *Quo tempore Martinus primus ſedem Romanam tenebat, anno circiter 647. Pontifex & doctrinà & ſanctitate vitæ celebris, alius quidam Martinus in Portugallia Braccharum Epiſcopus (nunc Braga, metropolis) è Synodis Græcè conſcriptis octoginta quinque canones ſelegit, & Latinè vertit. Is vnus eſſe potuit ex illis centum & quinque occidentalibus Epiſcopis, quos Martinus papa Romam vocârat ad Synodum, contra Sergium, & pyrrum Conſtantinopolitanos hæreticos. In qua fortè Synodo quum probati canones illi fuiſſent, ob nominis ſimilitudinem, & approbationem ſynodicam, citantur & eius nomine concilij, & Martini papæ titulo. Quum reuera dicendū ſit,* —— Ex Cōcilijs, vel, ex Canonibus *Martini Braccharēſis (quos habes in Tomo 2. Conciliorum) Niſi dicere malis,* 'Epiſcopos *omnes olim ſolitos appellari Papas. quod in Exegeſeos proodo dicebamus. Canon præſens inter eos eſt. 39. Hoc ſemel annotatum eſto pro talibus inſcriptionibus obuiis hic frequenter. Sic dicit Papa Martinus.* ——

Diaconus non ordinetur, qui Caſtitatem non profitetur.

DIaconus, qui eligitur, ſi conteſtatus fuerit pro accipiendo matrimonio: & dixerit ſe in caſtitate nō poſſe manere, hic non ordinetur. Quòd ſi in ordinatione tacuerit, & ordinatus fuerit, & poſtea matrimonium deſiderauerit: ſit alienus à miniſterio, & vacet à clero. Gratianus. Hac authoritate datur intelligi, quod illi qui vxores habēt, Vel accipere volūt, nec Diaconi nec Sacerdotes fieri poſſunt, niſi continentiam profiteantur: 'Si verò Diaconus à miniſterio ceſſare voluerit, contracto matrimonio licitè poteſt vti. Nam etſi in ordinatione ſua caſtitatis votum obtulerit, tamen tanta eſt vis in Sacramento coniugij, quòd nec ex latione voti, poteſt diſſolui ipſum coniugium. *In quæſtionem venit, an vota caſtitas impediat matrimoniū? Nec impedire planè ſentit Auguſtinus in libro de bono viduitatis', ſcribens ad Iulianam Dei famulam. cap. 9. 10. & 11. To. 4. Gratianus ex locis illis canonem ſuum collegit ſic habentem.* ——

Nuptiæ poſt votum contractæ, non ſunt diſtrahendæ.

QVidam nubentes poſt votum aſſerunt adulteras eſſe: ego autem dico vobis, quòd grauiter peccant, qui tales diuidunt. Item. Theodorus in pœnitentiali. *Theodorus papa Romæ ſedebat humanæ ſalutis anno 641. qui de modo & qualitate pœnitentiæ librum compoſuiſſe dicitur, inſcriptum, pœnitentiale Theodori. Quem librum nonnulli referunt ad aliū Theodorum, Archiepiſcopum Cantuarienſem, Vitaliani papæ tempore, videlicet, anno 670 Non extat, quod ſciam. Sæpe tamen citatur ab antiquis Eccleſiaſticorum Decretorum compilatoribus, qui nunquam Papæ nomen addunt, vt ſolent in aliis.*

Digitized by Google

SI vir Votum virginitatis habens, adiungitur Vxori, poſtea non dimittat vxorem: ſed tribus annis pœniteat. *Hinc videtur, quòd matrimonio contrahendo non obſtat votum continentiæ. Neque propter ſolutum votum, ſoluitur & coniugium. Sed aliud videtur authoritatibus contrariis aſſerendum. Ex eodem nempe Auguſtino colligitur in ſupradicto cap. 9.*

Damnabilis eſt, poſt votum continentiæ, vel ſola nubendi voluntas.

VOuentibus virginitatem, nõ ſolùm nubere, ſed etiam velle, damnabile eſt. Item. Hyeronymus libro primo contra Iouinianum.

Damnanda eſt virgo nubens poſt votam virginitatem.

SI nupſerit virgo, non peccauit. Non illa virgo quæ ſemet Dei cultui dedicauit. Harum enim ſi qua nupſerit, habebit damnationem, quia primam fidem irritam fecit. Si quis autem de viduis hoc dictum obiecerit, quãto magis de virginibus præualebit, quum etiam his non liceat, quibus aliquando licuit? 1. Corint. 7. 1. ad Timo. cap. 5.

Item. Nicolaus Papa, ad Adaluuinum ſanctæ Viuacenſis Eccleſiæ Archiepiſcopum. παλαιὰ *ex Iuonis Pannomiæ libro tertio, cap. De virginibus, viduis & abbatiſſis. Hunc puto fuiſſe Nicolaum 2. de quo nos in diſtinct. 32. Gratianus, & Iuo (qui non rarò citabitur hic) ferè æquales annis, vterque ſub* Innocentio 2. *Primùm fuit* Iuo *Præfectus Eccleſiæ S. Quintini in Viromanduis, poſtea delectus in* Epi*ſcopũ Carnotenſem.* P*annomiæ compilator. Indidit hunc titulũ libro, quo varios priſcorũ patrum Canones compendioſe concluſit. anno circiter* 1136. *Nam citat Iuo ipſius* Innocentij *ſecundi decreta, qui creatus fuit* P*ontifex anno Do.*1130. *Gratianus autem ſcripſit, anno ſalutis* 1150.

Omnem fictionem religionis, & hypocriſin Sacramentorum, Canones improbant.

QVod interrogaſti de fœmina, quæ poſt obitum mariti ſui, ſacrum velamen ſuper caput ſuum impoſuit, & finxit ſe ſub eodem velamine Sanctimonialem eſſe, poſtea verò ad nuptias rediit. bonũ mihi videtur: quia per hypocriſin, eccleſiaſticam regulã conturbare voluit, & non

legitimè in voto ſuo permanſit, vt pœnitentiam agat de illuſione nefanda, & reuertatur ad id, quod ſpopondit, & in ſacro miniſterio permaneat, quod inchoauit. Nam, ſi conſenſerimus, quòd omnia Sacramenta eccleſiaſtica quiſque, prout vult, fingat, & non verè faciat, omnis ordo Eccleſiaſticus turbabitur: nec catholicæ fidei Iura conſiſtunt, nec Canones ſacri ritè obſeruantur. Quid enim profuit Simoni Mago Baptiſmum ſacrum fictè ſuſcipere, & in Chriſtianitate ſe permanſurũ finxiſſe, quum per Apoſtolum, fraude eius detectâ, quid ſibi futurum eſſet prænunciatum fuit? Ait enim: Pecunia tua tecum ſit in perditionem: cor enim tuum non eſt rectum coram Deo. Pœnitentiam itaque age de hac iniquitate tua, & roga Deũ, † vt fortè remittantur tibi cogitationes cordis tui. In felle enim amaritudinis, & obligatione iniquitatis video te eſſe. Ideo tales, niſi reſipiſcant, ſpirituali gladio percutere cenſemus. Non enim fas eſt Spiritui ſancto mentiri, ſicut Ananias & Saphira mentiti ſunt, & ſtatim perierunt.

Act. cap. 8.

† εἰ ἄρα. Si fortè. id eſt, Si quâ fieri poſsit.

Act. 5.

Item Calixtus Papa. *Dum cum ſuis, Theutonicus rex Henricus quintus ad Eccleſiæ Romanæ ritus & vnionem rediiſſet, Calixtus tum Papa Romæ 2. ita conſtituit, anno Do. circiter* 1120.

In Sacris ordinibus conſtituti non ducant vxores: & ſi duxerint, à ductis ſepararentur. Concubinas non habeant.

P*Reſbyteris, Diaconis, Subdiaconis, & Monachis concubinas habere, ſeu matrimonia contrahere, penitus interdicimus: contracta quóque matrimonia ab huiuſmodi perſonis, diſiungi, & perſonas ad pœnitentiam redigi debere, iuxta ſacrorum Canonum diffinitionem iudicamus.* *Gratianus.* Hîc diſtinguendum eſt, quòd Vouentium alij ſunt ſimpliciter vouentes: de quibus Auguſtinus, & Theodorus locuti ſunt: Alij ſunt, quibus

quibus poſt votum, Benedictio accedit cõſecrationis, vel Propoſitum religionis: de quibus idem Auguſtinus, & Hieronymus, & Nicolaus, & Calixtus ſcripſerunt. Vnde Hieronymus idem libro nunc citato dixit. ——

Inceſtuoſæ ſunt Nonnarum nuptiæ.

VIrgines, quæ poſt conſecrationem nupſerint, non tam adulteræ ſunt, quàm inceſtæ. *Concludas. Solemne votum nuptiis obſtat: Simplex minimè.*

DISTINCTIO XXVIII.

Gratianus. ECCE. Oſtenſum eſt breuiter, quòd nolentes vouere continentiam, nec ad ſubdiaconatum, nec ad ſuperiores gradus conſcendere poſſunt. Vnde ad Subdiaconatũ accedentes, non ſine voto caſtitatis iubentur admitti, authoritate beati Gregorij, qui ſcribens Petro Subdiacono, Epiſtolâ. 42. libro primo, ait. —— *Gregorius papa primus, ex Monacho S. Benedicti, Pontificatum gerere cœpit, paulò pòſt annum Do. 590. Moritur anno. 2. Phocæ Imperatoris, id eſt, anno 605. Benedictus Caßini montis abbas claruit anno Do. 534. Totilâ vaſtante Italiam.*

Nunquid omnes Sacrorum noſtrorũ Miniſtri Continentiam profiteri debent?

Ab Hypodiaconis, etiam Græcis, Gregorius exigi caſtitatem voluit.

NVllum facere Subdiaconum præſumãt Epiſcopi, niſi qui ſe caſtè victurum promiſerit: quia nullus ad miniſterium altaris accedere debet, niſi cuius caſtitas ante ſuſceptum miniſterium fuerit approbata. Item. Ex Concilio Toletano. 2. ca. 1. circiter annum Do. 530. Ioanne. 2. Papâ.

A primis puerilibus annis, ad octauum decimum vſque probari debent Eccleſiæ futuri miniſtri: pſalmis, & lectionibus exerceri: poſtea caſtitatem pollicentes, nec aliter, Hypodiaconi poſſunt fieri.

DE his, quos voluntas parentum à primis infantiæ annis in Clericatus officio, vel Monachali poſuit, id ſtatuimus obſeruandum. Vt mox quum detonſi, vel miniſtirio lectorum contraditi fuerint, in domo Eccleſiæ ſub Epiſcopali præſentia, à Præpoſito ſibi debeant erudiri. At vbi octauum decimum ætatis ſuæ compleuerint annum, coram totius Cleri, Plebiſque cõſpectu, voluntas eorum de

expetendo coniugio ab Epiſcopo perſcrutetur: quibus, ſi gratia caſtitatis, Deo inſpirante, placuerit, & promiſſionem caſtimoniæ ſuæ abſque coniugali neceſſitate ſeſe ſpoponderint ſeruaturos, hi, tanquam appetitores arctiſſimæ viæ, leuiſſimo Domini iugo ſubdantur: Ac primùm, Subdiaconi miniſterium, habitâ probatione profeſſionis ſuæ, à viceſimo anno ſuſcipiant. Quòd ſi inculpabiliter ac inoffenſè. XX. & V. annum peregerint, ad Diaconi officium (ſi ſcientes adimplere id poſſe ab Epiſcopo probantur) promoueri debent. Cauendum eſt tamen his, ne quãdo ſuæ ſponſionis immemores, aut ad terrenas nuptias, aut ad furtiuos concubitus vltro concurrant: quod ſi fortè fecerint, vt ſacrilegij rei, ab Eccleſia habeantur extranei. Quibus autem voluntas propria, interrogationis tempore, deſiderium nubendi perſuaſerit, conceſſam ab Apo-
1.Cor. 7. *ſtolo licentiam auferre non poſſumus. Ita, vt quum prouectæ ætatis in coniugio poſiti, renuntiaturos ſe pari conſenſu operibus carnis ſpoponderint, ad Sacros ordines aſpirent.* Item Innocentius ſecundus. *In Panomiæ libro octauo, cap. vlti. refertur hoc decretum, ex cap. 5. Synodi cuiuſdam Romanæ, ſub Innocentio 2. habitæ, circiter annum Do. 1131.*

Ab Hypodiacono, ad Epiſcopum, ſi quis Vxore, vel Concubinà non abſtinuerit, officio deponitur.

D*Ecernimus, vt ij, qui in ordine Subdiaconatus, & ſuprà, vxores duxerint, aut cõcubinas habuerint, officio, & Eccleſiaſtico beneficio careant. Quum enim ipſi, templum Dei, & vaſa Domini, & ſacrarium Spiritus ſancti debeant eſſe & dici: indignum eſt eos cubilibus, & immunditiis deſeruire.* *Decet igitur Hypodiaconos ab omni ſe continere concubitu. Sed ſequentia videntur aduerſari: Primùm, ex Concilio Toletano quarto, cap.*

10. cap. 16. *Anno Do. circa 630. dum Romæ præſideret Honorius primus.*

A Presbyteris, & Diaconis perpetua promittenda eſt caſtitas.

QVando Preſbyteri, & Diaconi per parœcias conſtituuntur, oportet eos profeſſionem Epiſcopo ſuo facere, vt caſtè & purè viuant ſub timore Dei: vt dum eos talis profeſſio obligat, vitæ ſanctæ diſciplinam retineant. Item Gregorius nobilibus ciuibus Neopolitanis. Epiſt. 40. lib. 8.

Epiſcopi futuri teſtatiſſima debet eſſe continentia: Incontinentiam verò patris arguit ætas liberorum.

PRiuſquam ſcripta ad nos veſtra recurrerent, Ioannem Diaconum, qui ab altera parte electus eſt, paruulam habere filiam quorundam relatione cognouimus. Vnde ſi rationem voluiſſent attendere, nec alij eum eligere, nec ipſe debuerat conſentire. Nam, quâ præſumptione audet ad Epiſcopatum accedere, qui adhuc longam corporis ſui continentiam, filiolâ teſte, conuincitur non habere? Item Ex Concilio Arelatenſi. 2. cap. 2. Anno Do. 326. Siluestro. 1. Papâ.

Coniugio renuntiet, oportet, qui Sacerdotium, vel Diaconiam quærit in Eccleſia.

ASſumi aliquem ad Sacerdotium non poſſe in coniugij vinculo conſtitutum ſtatuimus: niſi fuerit promiſſa conuerſio. Item. Ex eodem Arelatenſi Concilio ſecundo, & 3. *Gratianus (quod ſæpe ſolet) ex aliquot authorum ſanctorum, vel conciliorum definitionibus ac Decretis componit Canones: quos in locis ab eo citatis minimè queas inuenire, ſi verba tantùm conſideres: attamen ille ſenſum reddit: quod hominem feciſſe puto, quò breuior eſſet: quoties occurret, auditorem monebo. Verùm, præſtat hic (ad rem ſiquidem noſtram valde pertinent) illos adſcribere canonas, è quibus Gratianus ſequentem perquam breuiter exſcidit. In capite. 3. dicti modò Concilij 2. cautum ſic legitur.* ———

SI quis de Clericis, à gradu Diaconatus, in ſolatio ſuo mulierem (præter auiam, matrem, ſororem, filiam, neptem, vel conuerſam ſecum vxorem) habere præſumpſerit, à communione alienus habeatur. *Anno poſtea* Do. 455. dum Leo

Digitized by Google

primus Pontificatum Romæ gereret, in Arelatenſi Concilio.3. rurſus Decretum legimus in cap. 2. ſic.

NVllus Metropolitanorum cuicúnque Laico dignitatem Epiſcopatus tribuat. Sed nec reliqui Pontifices, Preſbyterij, vel Diaconatus honorem conferre præſumãt, niſi anno integro fuerit ab eis præmiſſa conuerſio. *Gratianus, more ſuo, Concilij verba relinquens, ipſorũ ſentẽtiam complecti voluit hôc ſequenti Canone.*

PRæterea placuit, vt deinceps non ordinentur Diaconi coniugati, niſi qui priùs conuerſionis propoſito cõfeſſi fuerint caſtitatem. *Gratianus.* Verùm, illâ priori authoritate, Diaconis videtur permitti coniugium, quum ad Sacerdotium tantùm coniugati prohibentur aſſumi. Porrò, in ſequenti videtur permitti authoritate Subdiaconis, cùm de Diaconis ſpecialiter præcipitur, vt ſine probatione caſtitatis non ordinentur. Hoc idem in Ancyritana ſynodo videtur eſſe permiſſum, in qua ſic ſtatutũ eſt Can.10. anno Do. plus minus 300.

Diaconus ob nuptias non arceatur à miniſterio, ſi proteſtetur in ordinatione ſe continere non poſſe.

† χρῆναι γαμῆσαι, μὴ δυνάμενοι οὕτως μένειν.

DIaconi quicunque, quum ordinantur, ſi in ipſa ordinatione proteſtati ſunt, dicentes † ſe velle habere vxores, nec poſſe ſe continere: hi ſi poſtea ad nuptias peruenerint, maneant in miniſterio: propterea quòd his Epiſcopus licentiam dederit. Quicunque ſanè tacuerint, & ſuſceperint manus impoſitionem, profeſſi continentiam, ſi poſtea ad nuptias peruenerint, à miniſterio ceſſare debebunt. Item. Ex Concilio Neocæſarienſi, Can.1. an. Do. plus minus 300. Quàm celebris fuerit Eccleſia Neocæſarienſis in Ponto Polemoniaco videre licet ex multis Baſilij magni, & Gregorij Nanziazeni epiſtolis. Inter alias videnda eſt.63. & 64. Baſilij Epiſtola. Huic ſynodo ſubſcripſere patres Epiſcopi ſeptemdecim: quibus Vitalis præfuit, Epiſcopus Zelamitanus. Zela eſt oppidum Cappadociæ apud Plinium cap. 3. lib. 6. In Gratiano perperam legitur Salonitanus. Eccleſiam Neocæſarienſem duo fratres, Origenis diſcipuli, Gregorius (qui magnus cognominatur) Et huius frater Athenodorus inſtituerunt. De quibus apud Euſebium cap. 30. libri ſexti, & cap. 28. libri 7. Gregorij vitam mirabilem Baſilius deſcribit in libro de Spiritu ſancto. cap. 29. Ad Canonem.

Presbyter

Digitized by Google

Presbyter vxorem ducens ab ordine deponitur: Adulter & Scortator ab Eccleſia propellitur.

PResbyter, ſi vxorem duxerit, ab ordine illum deponi debere. Quòd ſi fornicatus fuerit, vel adulterium commiſerit: † extra Eccleſiam abiici, & ad pœnitentiam inter Laicos redigi oportet. Item. Gregorius. Epiſt. vltimâ, lib. 11.

† ἐξωθεῖσθαι αὐτὸν τέλεον. καὶ ἄγεσθαι αὐτὸν εἰς μετάνοιαν.

Culpam committit, qui temerè culpam remittit.

QVia ſunt culpæ, in quibus culpa eſt relaxare vindictam, quærenda eſt ſemper veritas: vt inquiri debeat, vtrùm accuſatum noxa condemnet, an à pœna, innocentia patefacta ſubducat.

Quamuis in epiſtolæ parte ſequēti nihil decidatur (Nudè nanque factū narrat) hinc tamen obſeruare licet, Si qua mulier impudica, ſe viro cuipiam coniunxit, quem defunctum poſtea non luxit, inter eos coniugium fuiſſe non præſumitur. Ergo, Lugubria ſunt in muliere quædam præteriti matrimonij ſigna.

§ *Itaque peruenit ad nos, Fantinum defenſorem, vltionem exercere in Petrum latorem præſentium voluiſſe, pro eo quòd (quantùm dicitur) relictam cuiuſdam Diaconi, tempore quo conductor fuit, marito tradiderit: ſed quoniam iſte coniugem Diaconi aſſerit non fuiſſe, dicens nec eam virginem ad eum perueniſſe, deníque nec religioſam mutaſſe veſtem, póſtquam ille in ordine ſacro promotus eſt: adiiciens etiam, priuſquam ad Diaconum perueniſſet, poſteáque, prauâ illam mulierem opinione vixiſſe.* ——

Huiuſce partis, duorúmque ſequentium Canonum ſumma eſt. —— *Vxor Epiſcopi, Preſbyteri, vel Diaconi non debet amplius alij viro coniungi. Contrauenientium pœna ſtatuitur in illis canonib.*

§ *Ideo, Fraternitatem tuam his hortamur affatibus,*

Digitized by Google

vt cùm Dei (ſicut decet) timore, cauſam hanc ſubtili omnino inueſtigatione perquiras: & ſi in coniugio Diaconi mulierem, de qua agitur, fuiſſe conſtiterit: ſupraſcriptus lator memorato Defenſori & Rectori patrimonij ad vindictam, modis omnibus, tradatur: & cum competenti emendatione, hi, qui malè ſociati ſunt, deſiungãtur: Si verò in eius coniugio non fuerit, memoratum Fantinum ex noſtro mandato commonere te volumus, vt ei facere nil præſumat: nec falſa illum accuſatio in aliquo prægrauet.
Item. Ex Concilio Aurelianenſi primo, Can. 15. circiter annum Do. 510. Symmacho Papâ. tum Clodouæus regnabat in Gallia.

SI ſe cuiquam mulier Preſbyteri vel Diaconi relicta, duplici coniugio coniunxerit: aut caſtitate fruantur, aut ſeparentur: aut certè, ſi in criminis intentione perſtiterint, pari excommunicatione plectantur. Item. Ex Concilio Martini Papæ. cap. 29. De Martino Canonum compilatore diximus in can. 1. ſuprà 27. Diſt. Vocatur à Gloſſa, Canonum renouator. in can. propter, 17. Diſt.

SI qua vidua Epiſcopi, vel Preſbyteri, aut Diaconi, maritum acceperit, nullus clericus, nulla religioſa perſona cum ea conuiuium ſumat: nunquam communicet. Morienti tamen ei ſacramenta ſubueniant. Item. Pelagius Cethego Patricio. *Siue is Pelegius primus fuerit, annò Do 558. (quẽ fuiſſe puto) ſiue ſecundus. anno Do 580. cui ſucceſsit Gregorius magnus, Vtérque literis & ſanctitate venerabilis* Pontifex. *Vtriúſque ſunt & alia nonnulla decreta, religionis plena: ſed huius Epiſtolæ nihil aliud extat, quam quod hîc legitur, Eccleſiaſticæ politiæ apprimè neceſſarium.*

Non protinus ad placitum Principis, *aut voluntatem* Populi *debet Epiſcopus approbari, vel recipi: ſed ſolùm poſt multam diſquiſitionem, & cum magno morum ſcrutinio.*

DE Syracuſanæ vrbis Antiſtite optaueramus in ipſo initio, gloriæ veſtræ deſideriis obedire, niſi nos multiplex ratio ipſius non paucis temporibus ordinationem differre Sacerdotij coëgiſſet: ob hoc autem, quòd vel perſonæ

ſonæ

ſonæ qualitas (ſicut & vos melius noſtis) vel ſuperſtes vxor, aut filij (per quos Eccleſiaſtica ſolet periclitari ſubſtantia) noſtros animos diutius ab eius ordinatione ſuſpẽderet: quantùm ad cautelam humanam pertinet, integro penè anno diſtulimus, opinantes quòd in melius Syracuſanorum prouenire poſſet electio.

Epiſcopi differtur ordinatio, qui filios, & vxorẽ habebat.

Propter Idoneorum penuriam, & inhabitantum moleſtiam (Id eſt, moleſtos & improbos mores & clamores) Eccleſia volens nolens non ſolùm recipit, ſed aliis etiam præficit homines indignos. Hæc eſt diuina eius œconomia, quam nos attigimus in can. Diaconi. ſuperius hâc diſt.

§ *Sed quia in voluntatis ſuæ propoſito irreuocabiliter perſtiterunt: & nullus eſt alius in eadem repertus Eccleſia, niſi longioribus adhuc temporum differretur ſpatiis, ne ampliùs inſanirent (ſicut filij veſtri magnifici Prætoris teſtificatione didicimus) inter huiuſmodi ambiguitates, illud conſultius iudicauimus faciendum, vt congruâ prouidentiâ cauſam, propter quam Principalis conſtitutio, Habentem filios & vxorem, ad Epiſcopatus ordinem promoueri prohibet, ſaluâ diſpoſitione Cõcilij, muniremus.*

Quiſquis ordinatur Epiſcopus, Bona quæcúmque ſua profiteri iubetur: ne propria cõmunibus, id eſt, Eccleſiaſticis prophana confundantur. Sed ille ſua ſibi ſuiſque, Sua quóque ſibi ſuiſque ſalua, ſemper habeat Eccleſia.

§ *Qua de re, ſummo ſtudio ab eodem Syracuſanæ vrbis Epiſcopo, priuſquam à nobis in Epiſcopum contingeret ordinari, huiuſmodi exegimus cautionem: Per quam & ſuam fateretur, quantula eſſet, præſentis temporis habitâ rerum deſcriptione, ſubſtantiam: Et nihil vnquam per ſe, aut per filios, & vxorem, ſiue quamlibet propinquam, aut domeſticam, vel extraneam fortè perſonam, de rebus audeat vſurpare Eccleſiæ: Et vniuerſa, ſui Epi-*

Digitized by Google

ſcopatus quæſita tempore, Eccleſiæ ſuæ dominio ſociaret: nihil vltra id, quod modò deſcriptum eſt, filius ſuis, vel hæredibus relicturus. *Gratianus*, Ecce. Hâc authoritate, electus in Epiſcopum non prohibetur habere vxoré, & filios. Eligi auté ad Epiſcopatū nō debet, niſi aut Sacerdos, aut Diaconus: Subdiaconus verò nō, niſi neceſsitate cogéte. Siue ergo Presbyter, ſiue Diaconus, ſiue Subdiaconus fuerit, apparet, quòd in præfatis ordinibus cōſtituti, licitè matrimonio vti poſſunt. Quia ergo authoritate Gregorij, Qui relictam Diaconi vxorem marito tradidit, puniendus eſt. Item, in Neocæſarienſi Concilio, Presbyter ducens vxorem, non Diaconus, iubetur deponi. Item, in Ancyritana ſynodo, Diaconi, qui in ordinatione ſua dicūt ſe velle habere vxores, ſi poſtea ad nuptias venerint, nō prohibentur à miniſterio. Patet quòd nec Diaconi, nec Subdiaconi ſunt prohibēdi à coniugio. *Reſpondet obiectis Gratianus.* Sed quod de electione obiicitur, Verum quidem eſt, In Epiſcopum non eligendum eſſe, niſi in ſacris ordinibus cōſtitutum: ſed ipſum habere vxorem & filios, non repugnat præmiſsis *authoritatibus*, De continentia clericorum: In Laicali enim habitu, vel in minoribus ordinibus conſtitutus, potuit habere vxorem & filios. Sed ſi poſtea ex conſenſu vxoris continentiam profeſſus, Subdiaconatum, vel Diaconatum, vel Presbyterii gradum adeptus fuerat: attamen vxori & filiis ipſum neceſſaria miniſtrare oportebat. Illud auté Gregorii duobus modis ſoluitur: vel quia Eccleſia illa, cui Diaconus ille militauerat, nondum continentiæ votum ſuſceperat in Diaconis, & reliquis miniſtris: Vel quia (ſicut de electo in Epiſcopum ſuprà ſcriptum eſt) ante Subdiaconatum memoratus Diaconus eam in vxorem duxerat. Illud autem Neocæſarienſis Concilii, & Ancyritanæ Synodi, Vel ex tempore, vel ex loco intelligitur. Ex tempore: quia nondū erat introducta continentia miniſtrorum altaris. Ex loco: quia vtráque Synodus Oriētalis eſt: & Oriētalis Eccleſia non ſuſcipit generale votū caſtitatis. Hoc tamen diligēti obſeruatione cuſtodit, Vt poſt adeptum Sacerdotium, defunctâ priori vxore, cum qua Sacerdos factus fuerat, ſi alteram duxerit, deponatur. *His non contentus Gratianus, alia quoque Nuptiatorum clericorum profert argumenta, quibus ſua cum mulieribus contubernia defendebant.*

Item. Opponitur illud; quod legitur in Canone Apoſtolorum ſexto.

Eccleſiaſtici miniſterij prætextu, non eſt vxoris cura deponenda.

SI quis docuerit Sacerdotem, ſub obtentu religionis, propriam vxorem contemnere, Anathema ſit. Item. Ex Concilio Gangrenſi. cap. 4. circiter an. Do. 330. Siluestro Papâ.

Presbyteri legitimam habentis vxorem εὐλογία, καὶ κοινωνία, id eſt, Benedictio & Cōmunio, non eſt declinanda. Videto Socratem cap. 43. lib. 2.

† μὴ χρῆναι λειτουργήσαντος αὐτοῦ προσφορᾶς μεταλαμβάνειν.

SI quis diſcernit Presbyterum coniugatum, tanquam occaſione nuptiarum † quòd offerre non debeat, & ab eius

eius oblatione ideo abſtinet, Anathema ſit. Item. Ex ſexta Synodo.can. 26. Integer, non eſt hic traductus. Integrâ tamen fide ſenſus eſt redditus. *De qua Bedam legito ca. 67. De temporibus: Et etiam quæ poſt* Canonem *ſtatim ſubiiciemus.*

Presbyter in gradu, vel officio non retinetur, qui nuptiis detinetur.

PReſbyterum non legalibus nuptiis detentum, cathedrā quidē habere, ſed ab officio abſtinere præcipimus.

Huiuſce verſiculi periocha ſumitur ex cap. 7. ad Hebræos vbi eſt. —— Sine vlla cōtradictione, Quod minus eſt, à meliore benedicitur. can. deníque 21. diſt.

§ *Sufficit enim huiuſmodi indulgentia ei: quia benedicere aliis eum, qui vulnera ſua debet curare, conſequens non eſt: Benedictio enim, ſanctificationis traditio eſt. Qui verò hanc non habet, propter delictum ignorantiæ, quomodo aliis tradet?*

Pro verſus iſtius epitome adſcribam domini præceptum, Leuiti. cap. 21. Sacerdos, qui habuerit maculam, non offeret panes Deo ſuo: Nec accedet ad miniſterium eius. Attamen veſcetur panibus, qui offeruntur in ſanctuario. can. Sacerdotes. 1. q. 1. Corporis illic macula conſideratur: hic Animæ.

§ *Nō enim publicè, neque priuatè benedicat, nec corpus Domini diſpēſet aliis, nec alio modo miniſtret: ſed ſufficiat ei quòd præſidet, & imploret à Deo, vt dimittatur ei iniquitas ignorantiæ ſuæ.*

Si quis illegitimas nuptias per errorem cōtraxerit, Errore cognito, debet has diſtrahere.

§ *Manifeſtum eſt autem, quòd & huiuſmodi non legitimæ nuptiæ ſoluantur: & nullatenus vir acceſſum habeat ad eam, propter quā ſacro miniſterio priuatus eſt.*

Eſt, quod hic immorer diutiuſculè. Quandoquidem Nuptiatores clerici (contra quos Gratianus hic integras octo diſtinctiones coaceruauit) ſuas pluſquam comicas impudicitias, ſub Græcorum pallio ſemper agere conati ſunt. Nec habent, quo ſpecioſiùs furta ſua (matrimonia, ſcilicet, ab eis inita) celent. Pro ſua paſſim libidine, Sacerdotes Græcos au-

Digitized by Google

tumàt vxores impunè duxiſſe. Canon præſens iſtos valde confutat. Eiuſdémque Synodi canon tertius: quem propterea Græcum totum ſubieci: quò nos etiam diſcrimen non magnū cognoſcamus inter has duas Eccleſias, Latinam Græcámque, fuiſſe circa Sacerdotum cælibatum.

ΚΑΝΩΝ. Γ. ἝΚΤΗΣ ΣΥΝΌΔΟΥ.

Ἐπειδὴ δὲ, ὁ εὐσεβὴς καὶ φιλόχριστος ἡμῶν βασιλεὺς, τῇ ἁγίᾳ ταύτῃ καὶ οἰκουμενικῇ προσεφώνησε συνόδῳ· ὥστε τοὺς ἐν κλήρῳ καταλεγομένους, καὶ ἄλλοις τὰ θεῖα διαπορθμεύοντας, καθαροὺς ἀποφῆναι, καὶ λειτουργοὺς ἀμώμους, καὶ τῆς νοερᾶς τοῦ μεγάλου Θεοῦ, θύματος, καὶ ἀρχιερέως θυσίας ἀξίους. ἀνακαθᾶραί τε τὰ ἐξ ἀθέσμων γάμων τούτοις ἐπιτριβέντα μύση. πρὸς τοῦτο δὲ, τῶν τῆς ῥωμαίων ἁγιωτάτης ἐκκλησίας τὸν τῆς ἀκριβείας τηρηθῆναι κανόνα προτιθεμένων· τῶν δὲ ὑπὸ τὸν τῆς θεοφυλάκτου ταύτης καὶ βασιλίδος πόλεως θρόνον. τὸ τῆς φιλανθρωπίας, καὶ συμπαθείας εἰς ἓν ἀμφότερα μίξαντες, πατρικῶς ὁμοῦ καὶ θεοφιλῶς, ὡς μήτε τὸ πρᾶον ἔκλυτον μήτε στυφὸν τὸ αὐστηρὸν καταλείψοιμεν· καὶ μάλιστα τοῦ ἐξ ἀγνοίας πταίσματος εἰς οὐκ ὀλίγων ἀνδρῶν πλῆθος διήκοντος, συνορῶμεν. ὥστε τοὺς μὲν δυσὶ γάμοις περιπαρέντας, καὶ μέχρι τῆς πεντεκαιδεκάτης τοῦ διελθόντος ἰαννουαρίου μηνὸς, τῆς * παρούσης τετάρτης † ἰνδικτιῶνος, ἔτους. ς. ἑκατοστοῦ ἐνενηκοστοῦ ἐνάτου, δουλωθέντας τῇ ἁμαρτίᾳ, καὶ μὴ ἀνανῆψαι ταύτης προελομένους, καθαιρέσει κανονικῇ ὑποβαλεῖν. τοὺς δὲ τῷ τοιούτῳ μὲν τῆς διγαμίας πάθει * περιπεσόντας, πρὸ δὲ τῆς ἡμῶν ἐπιγνώσεως τὸ συμφέρον ἐπεγνωκότας, τὸ κακὸν ἐξ ἑαυτῶν περικόψαντας, καὶ πόῤῥω τὴν ξένην ταύτην, καὶ νόθον συμπλοκὴν ἐκδιώξαντας· ἢ καὶ ὧν αἱ κατὰ δεύτερον γάμον γυναῖκες ἤδη τετελευτήκασιν· ἢ καὶ αὐτοὶ πρὸς ἐπιστροφὴν εἶδον μεταμαθόντες τὴν σωφροσύνην, καὶ τῶν πρώην αὐτοῖς παρανομηθέντων ταχέως ἐπιλαθόμενοι, εἴτε πρεσβύτεροι, εἴτε διάκονοι ὄντες τυγχάνοιεν. τούτους ἔδοξε πεπαῦσθαι μὲν πάσης ἱερατικῆς λειτουργίας

μύσῃ, τῶν πρεσβυτέρων γάμοι.

* παρελθούσης.

† In Zonara, manu ſcripto, ex Regis Bibliotheca, bis ſigno ſequenti deſignatur Indictio ἰ̄. Nec integra vox ſcribitur.

* περιπαρέντας.

γίας

γίας, ἤτοι ἐνεργείας ἤδη ὑπὸ ῥητόν τινα χρόνον ἐπιτιμηθέντας· τῆς δὲ τιμῆς τῆς κατὰ τὴν καθέδραν καὶ στάσιν μετέχειν, ἀρκουμένους τῇ προεδρίᾳ· καὶ προσκλαίοντας τοῦ κυρίου συγχωρηθῆναι αὐτοῖς τὸ ἐκ τῆς ἀγνοίας ἀνόμημα. εὐλογεῖν γὰρ ἕτερον, τὸν τὰ οἰκεῖα τημελεῖν ὀφείλοντα τραύματα ἀνακόλουθον. τοὺς δὲ γαμετῇ μὲν μιᾷ συναφθέντας, χήρα δὲ ἡ προσληφθεῖσα ἐτύγχανεν· ὡσαύτως δὲ καὶ τοὺς μετὰ τὴν χειροτονίαν γάμῳ ἑνὶ παρανόμῳ προσομιλήσαντας· τοῦτ᾽ ἔστι, πρεσβυτέρους, καὶ διακόνους, καὶ ὑποδιακόνους, ἤδη ὑπὸ βραχύν τινα χρόνον εἰρχθέντας τῆς ἱερᾶς λειτουργίας, καὶ ἐπιτιμηθέντας· αὖθις αὐτοὺς ἐν τοῖς οἰκείοις ἀποκατασταθῆναι βαθμοῖς. μηδαμῶς ἐν ἑτέρῳ μείζονι προκόπτοντας βαθμῷ, προδήλως διαλυθέντος αὐτοῖς τοῦ ἀθέσμου συνοικεσίου. ταῦτα δὲ ἐπὶ τοῖς καταληφθεῖσιν μέχρι τῆς πέντε, καὶ δεκάτης, ὡς εἴρηται, τοῦ ἰαννουαρίου μηνός, τῆς τετάρτης ἰνδικτιῶνος, ἐν τοῖς προδηλωθεῖσι πταίσμασι, καὶ μόνον ἱερατικῶς ἐτυπώσαμεν. ὁρίζοντες, ἀπὸ τοῦ παρόντος, καὶ ἀνανεούμενοι τὸν κανόνα τὸν διαγορεύοντα. τὸν δυσὶ γάμοις συμπλακέντα μετὰ τὸ βάπτισμα, ἢ παλλακὴν κτησάμενον, μὴ δύνασθαι εἶναι ἐπίσκοπον, ἢ πρεσβύτερον, ἢ διάκονον, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ. ὡσαύτως καὶ τὸν χήραν λαμβάνοντα, ἢ ἐκβεβλημένην, ἢ ἑταίραν, ἢ οἰκέτιν, ἢ τῶν ἐπὶ τῆς σκηνῆς, μὴ δύνασθαι εἶναι ἐπίσκοπον, ἢ πρεσβύτερον, ἢ διάκονον, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ.

Id eſt,

QVandoquidem, pius & amicus Chriſti, Rex noſter, ſanctam hanc & Oecumenicam Synodum affatus eſt. —Vt in clero delectos, ad alios diuina traiicientes, puros ipſa conſtituat, & Liturgos irreprehenſibiles, dignos intelligentiâ magni Dei, dignos & eius ſacrificio; ſummi

† Synodus græca Græcorum preſbyterorum nuptias appellat μύσαχ ſeu μύση, hoceſt, Abominationes & ſcelera. Quisquis eas ergo probat, is eſt profectò μυσαρὸς, hoc eſt, impur', abominabilis, & ſceleratus.

deníque Pontificis arâ dignos: vtque Synodus expurget obiectas illis † Abominationes ex illegitimis nuptiis. Quod ad hoc autem pertinet. —— Quum ſanctiſsima Romanorum Eccleſia proponat obſeruare Canonem rigoris: His autem, qui ſub huius à Deo cuſtoditæ, Regiæque ciuitatis throno ſunt, aliud proponentibus: Nos (quod humanitatis & commiſerationis eſt) in vnum commiſcentes vtrunque, paternè ſimul & piè (vt neque lene, diſſolutum: neque strictum, graue relinquamus: & maximè, quum delictum ex ignorantia peruenerit ad non paucorum hominum multitudinem) ſtatuimus: ——

Hilarianus Codex Græcorum canonum, Regiúſque Zonaras diſcrepant hic numeris. In illo ſcribitur —— ἔτους ἑξακισχιλιοστοῦ ἑκατοστοῦ ἐνενηκοστοῦ ἐννάτου. Id eſt, Anno ſexies millesimo cẽteſimo nonageſimo nono. Zonaras habet —— ϛ. ἔτους ἑκατοστοῦ ἐνενηκοστοῦ ἐννάτου. Id eſt, Anno ſexies centeſimo nonogeſimo nono. Prior ille numerus ad orbem conditum venit referendus: Et poſterior ad annos Chriſti. quanquàm neuter mendo, ſaltem magnâ ſuſpicione mendi, vacat apud me. Non eſt cuiquam facilè certa priſcarum ſynodorum tempora deſignare. Vix duo conueniunt authores in ſupputatione. Diegeſis œcumenicarum ſynodorum continet habitam Synodum ſextam, dum currerent ἀπὸ τῆς κτίσεως κόσμου ἔτη ϛροδ. ἀπὸ δὲ Χριστοῦ ψιθ. Id eſt, A creatione mũdi ſexies mille centum ſeptuaginta quatuor anni. Et à Chriſto Septingenti cum nouemdecim. Beda in dicto cap. 67. ſolummodo numerat Quater mille ſexcentos & triginta ſeptem annos ab orbe condito, quum temporibus Agathonis papæ ſexta ſynodus vniuerſalis Conſtantinopoli celebrata fuit, exequente piiſsimo principe Conſtantino. Hæc ille. Sub Agathone conſentiunt omnes habitam fuiſſe Synodum ſextam. Platina ſcribit hunc in Papam creatum, anno Do. ſeptingenteſimo ſecũdo. Quidam, ſexcenteſimo ſeptuageſimo quinto. ſcribunt alij, Sexcenteſimo nonageſimo quarto. Solis duobus Agatho ſedit annis, cum ſex menſibus. Itáque res admodum varia eſt: in medio propterea relinquo, breuiter hæc annotaſſe contentus. —— *Statuimus* ——

VT, Qui ad ſecundas nuptias tranſierint, & ad decimumquintum præteriti Ianuarij mẽſis vſque, quartæ præſentis Indictionis, Anni ſexies centeſimi nonageſimi noni, ſeruierint peccato, nec ab eo reſipiſcere voluerint, depoſitioni Canonicæ ſubiaceant. Qui verò priùs, in illam Digamiæ lapſi affectionem, quàm noſtri decreti cognoſcerent vnanimẽ lationem, malum illud ab ſeſe amputarunt,

Digitized by Google

putarunt, & procul expulerunt externum illum & adulterinum coitum: vel quorum ſecundi matrinonij vxores iámque vitâ defunctæ ſunt: vel certè ipſi ad pœnitentiam reſpicientes, ad addiſcendã caſtitatem ſeſe tranſtulerunt, omnium mox obliti, quæ contra leges patrarant ſiue Preſbyteri, ſiue Diaconi fuerint. Hos quidem viſum eſt ab omni iam ſacro munere, vel functione abſtinẽtes in aliquẽ certum diẽ damnati: honoris tamen ſui, pro cathedræ, ſtationíſque modo participes eſſe, Primâ ſede contentos. Lachrymas interim Domino fundentes, vt remittat illud ex ignorantia peccatum: Non enim conuenit eum, qui ſua propria vulnera curare debet, alterum benedicere. Hi verò, qui fuerunt vni duntaxat vxori coniuncti, quæ vidua tunc eſſet, quum fuit aſſumpta: ſimiliter & hi, qui poſt chirotoniam vni ſe matrimonio copularunt illegitimo (hoc eſt, Preſbyteri, & Diaconi, & Hypodiaconi) continuò, ad breue aliquod tempus à ſancto miniſterio ſemoueantur, & caſtigentur, iterúmque ſuis propriis gradibus reſtituantur: ad maiorem tamen poſtea gradum nullo modo procedentes, ipſorum publicè diſſolutâ cohabitatione illicitâ. Hæc verò do deprehenſis ad diem decimumquintum (prout dictum eſt) Ianuarij menſis, quartæ indictionis, in manifeſtis criminibus. Idq́ue ſolùm de Hieraticis deſignauimus. Definientes ex præſenti, ac renouantes Canonem vetantem Vt qui ſe poſt Baptiſmum, ſecundis inuoluerit nuptiis, quíve concubinam habuerit, non poſsit eſſe Epiſcopus, vel Preſbyter, vel Diaconus, aut omnino de catalogo Sacro. Similiter Et qui viduam accepit, aut Repudiatam, vel Meretricẽ, vel Ancillã, vel è

ſcena mulierem, nequeat eſſe Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, aut ordinis denique Sacri. *Tertius eſt iſte Canon Synodi ſextæ in Trullo habitæ Conſtantinopoli, dum regnaret Conſtantinus quartus, princeps valde catholicus. Canonis fragmentum Gratianus hic allegauit, in quem Zonaras Græcus interpres Canonum ſic ſcripſit.* ———

Τὰ μὲν τοῦ τρίτου κανόνος τούτου ὡς καιρικὰ, καὶ ἐπὶ τοῖς τότε δὶ οἰκονομίαν, ὁρισθέντα. οὐ μὴν καὶ ἐπὶ τοῖς ἑξῆς κρατεῖν ὀφείλοντα εἰάθησαν. ἃ δὲ κρατεῖν καὶ ἐπὶ τῶν ἐφεξῆς κεκανόνισαι, τῶν ἁγίων ἀποστόλων εἰσὶ κανόνες. ιζ. καὶ. ιη. οὓς παραβαινομένους, ἡ σύνοδος αὕτη ἀνενεώσατο· οἱ τοιοῦτοι δὲ καὶ ἄμφω κανόνες ἐξηγήθησαν· καὶ ὁ ζητῶν τὴν τούτων ἐξήγησιν, εὑρήσει αὐτὴν, ἐν τοῖς τῶν ἁγίων ἀποστόλων κανόσιν.

Id eſt. ———

QVæ definiuntur hoc in tertio Canone, velut opportuna, temporique tum conuenientia, propter Oeconomiam definita ſunt: non autem quòd & hæc illi deinceps obtinere debentia permiſerint. Horum verò quæ vim pòſt habere debeant, ea præſenti Canone præſcribuntur (vt puta) Sanctorum Canones Apoſtolorum, decimus ſeptimus, & decimus octauus: quos per tranſgreſsionem deſuetos, ipſa Synodus renouauit. Ambo fuerunt expoſiti. Quærens autem ipſorum expoſitionem, inueniet eam in Canonibus Sanctorũ Apoſtolorum. *Hæc Zonaras. Cuius exegeſis, & ipſius Concilij Canon ſatis oſtendunt illam Græcanicorum coniugiorum licentiam, priſcis nunquam placuiſſe Patribus: Huius tamen vnius prætextu Gnoſticî noſtri libidinari volunt Apoſtolicorum canonum exegeſim per Zonaram, ſuperiobus menſibus in publicum dedimus. Ad Gratianum iam redeamus, adhuc Nuptiatorum patrocinia recitantem.* ——— Item. Nicolaus ad conſulta Bulgatorum. *Refertur hoc reſponſum in Pannomiæ libro quinto, cap. 1 Ex illius Decretalis Epiſtolæ capite 70. Nõ legi aliubi. Fuit hic Nicolaus primus, Pontifex multis nominibus excellens, circiter annum Do. 858. Bulgari (quondã Plinio dicti Triballi, ſi recentioribus credimus) gens in Myſia inferiore (quæ nunc eſt Bulgaria) ad Pontum pertinet. Bulgaros Archidiaconus locat inter Hungaros & Græcos. Ouidius, de Triſtibus, & in Ponto, vocat eos Sarmatas & Getas. Ouidiano ſolo (ſicuti puto) Gens exilio clara: Nam Tomi ſunt in illa. Qui dum Chriſti cultum recepiſſent, Nicolai primi Pontificatu, Romanæ ſe ſubdiderunt Eccleſiæ. De cuius legibus illos, & hunc Nicolaum primum, & eius ſucceſſorem Adrianum ſecundum, ſæpe conſuluiſſe legimus. Vnde plura ſunt iſtiuſmodi reſcripta.*

De Presbyteris, etiam coniugatis, non eſt à Laicis iudicandum.

COnſulendum decernitis, Vtrùm Preſbyterum habentem vxorem debeatis ſuſtentare, & honorare: an à vobis proiicere? In quo reſpondemus, quòd licet ipſi valde ſint reprehenſibiles, vos tamẽ Deum conuenit imitari, qui Solem ſuum oriri facit ſuper bonos & molos: Deiicere

Digitized by Google

iicere enim à vobis ideo non debetis: quoniam nec Iudam Dominus (cùm eſſet falſus diſcipulus) à numero diſcipulorum eiecit. Verùm & de Preſbyteris, vobis, qui Laici eſtis, nec iudicandum eſt, nec de vita eorum quicquam inueſtigandum: ſed Epiſcoporum iudicio, quicquid id ſit, eſt reſeruandum. *Superiùs dicta pro Nuptiatoribus, Gratianus refellit.*

DISTINCTIO XXIX.

Gratianus. SED notandum eſt, quòd ſecundum Iſidorum, pleráque capitula, Ex cauſa, Ex loco, Ex tempore, Ex perſona, conſideranda ſunt. Ait Iſidorus.

Circunſtantiæ, quacunque in re, ſiue controuerſia, ſunt imprimis quærendæ: Sic enim dictæ ſunt, quòd circunſtent quæſtionem.

In Euangelicis Eccleſię negociis diiudicādis habēdamagna eſt Circunſtantiarū ratio. Septē ponūt. Quatuor hic duntaxat enumerantur Periſtaſes. Quātitatē: Qualitatem. & Euētū, omiſit. quę ſunt in L. Aut facta. ff de pœnis.

SCiendum eſt, quòd pleraque capitula, Ex cauſa, Ex perſona, Ex loco, Ex tempore, conſideranda ſunt: quorum modi, quia medullitùs nō indagantur, in erroris Labyrinthum nonnulli intricando impinguntur: quum antè iudicant, quàm intelligant: antè inculpant, quàm iterando lecta perquirant. Ait etiam Gregorius.

REgulæ Sanctorum Patrū pro Tempore, Loco, & Perſona, & Negocio, & Inſtante neceſſitate, traditæ ſunt. Item. Hieronymus. In prooemio cōmentarij Epiſtolæ ad Epheſios.

NEceſſe eſt, vt iuxta diuerſitates locorum, temporum, & hominum, quibus ſcripturæ factæ ſunt, diuerſas cauſas, & argumenta, & origines habeant. Quomodo beatus Ioannes in Apocalypſi ſua, ſeptem ſcribens Eccleſiis, In vnaquaque earum vel ſpecialia, vel vniuerſalia vitia reprehendit, vel virtutes probat: ita & ſanctus Apoſtolus Paulus per ſingulas Eccleſias vulnerib⁹ mede- Apo, ca. 1. et 2. & 3.

Digitized by Google

tur illatis: nec ad inſtar imperiti medici, vno collyrio omnium oculos vult curare. *Deinde pergit Gratianus ſpecialiter oſtendens, quòd Legis ferendæ cauſa diligenter eſt conſideranda. Sic diſſoluere volens, quod de coniugio Sacerdotali ſuprà legimus*

DISTINCTIO XXX.

Gratianus. ILLVD autem, quod ſuperius in Canone Apoſtolorũ, & in Gangrenſi Concilio, & in ſexta Synodo legitur, Ex cauſa conſideratur, & Ex tempore. Cauſa fuit hæreſis Manichæorum, qui coniugium deteſtabantur.

GRatianus in hanc trigeſimam diſtinctionem congeſsit integrũ penè concilium Gangrenſe: nõ quòd illud ad Apoſtolici mandati declarationem, De deligendo vnius vxoris viro, quic*quam faciat*: Sed inde voluit oſtendere, Leges alias & alias, ob alias & alias cauſas, aliáve tempora, quandóque nouas rogari, quandóque veteres ac iam deſuetas renouari. veluti eſt, Lex de Presbytera, id eſt, Presbyteri coniuge, toties repetita. Lex etiam, De nuptiis honorandis. Et aliæ ſunt Euangelio Chriſti minimè contrariæ vel repugnantes. ἀκόλουθον nempe non eſt —— Eccleſia, Presbyterorũ nuptias, & Mulierum cohabitationes damnat, Ergo Nuptias, aut Mulieres damnat. quod Hæretici cauillantur. Hæreſis & ſuperſtitio noua, vel per multos innouata, multis Canonibus & Conciliis nouis, aut nouandis cauſa fuit. iuxta verbum vetus, Nouo facto nouum eſſe quærendum conſilium. Quod patres in Gangris aduerſus Euſtathium monachum veteris Eccleſiaſticæ regulæ nouatorem fecerũt. Verumtamen, quia ſuſcepto ſemel argumẽto non conueniunt iſta, ſanè perutilia decreta, ſed de rebus longè diuerſis propoſita, noluimus huc ea cum Gratiano tranſcribere: Quibus locum proprium, ſingularémque libellum ſeruamus. Valde námque pertinent ad Eccleſiæ mores, átque Politiam: quoſdámque ſuperſtitioſos, & Gnoſticos æui præſentis actiſsimè perſtringunt, in Catholicorũ deteſtationem perquàm multa facientes & introducentes. Quod autem ſufficiat intentioni compilatoris noſtri Gratiani, dum vult demonſtrare, quòd Leges pro loco, próque tempore ferri debent, Hîc ſatis fuerit adſcripſiſſe poſt eum, quę Martinus Epiſcopus Braccharenſis in ſuam Decretorum conſarcinationem cap. 57. 58. & 59. tranſtulit è conciliis Græcis. Inde ſatis ipſe colliges (vt aliis non ſit authoritatibus opus) Hæreticos ac Innouatores multis Canonibus & Edictis, alioqui non conſtituendis, cauſam dediſſe. Contra quos ——

In prin. l. 1. ff. de vent. inſpi.

Digitized by Google

Ex concilio Martini Papæ. *Qualis hic, Papa, Nec ne, fuerit, ſuperius dicebamus in can.1 .diſt. 27. & in can. Si qua vidua. 28. diſt.*

Anathema reperitur in eos, qui repetunt ac renouant Manichæorum ſuperſtitiones, & impias opiniones.

SI quis Preſbyter, vel Diaconus, propter publicam pœnitentiam à Sacerdote acceptam, abſque aliqua neceſsitate, die Dominicâ pro quadam religione ieiunauerit, ſicut Manichæi, Anathema ſit.

§ Similiter, & quod ab Apoſtolis traditus Canon tenet antiquus, placuit.—Vt per omnes dies Dominicos, & per omnes dies Paſchæ, vſque ad Pentecoſtē, non proſternant ſe in oratione, cauſâ humilitatis: ſed recto vultu ad Dominum orationis fungantur officio: quia in his diebus gaudium reſurrectionis Domini celebramus.

Item. Ex Can. 14. Concilij Ancyrani.

§ Si quis etiam, non pro abſtinentia, ſed pro execratione eſcarū, à carne abſtinet, placuit ſancto Concilio, vt prægustet: & ſi ſic vult abſtinere, abſtineat. Si autem ſpernit, ita † vt olera cocta cum carnibus nō deguſtet: iſte non obediens, nec ſuſpiciones hæreſis à ſe remouens, de clericatus ordine deponatur. Poſt conſideratam Cauſæ circunſtantiam in ferendis & interpretandis legibus, tranſit Gratianus ad Periſtaſin temporis, *Hac in re plurimùm momenti pariter habentem: Iuxta tritum iam ſermone verbum: Diſtingue tempora, & concordabit Scriptura.*

† μετὰ κρεῶν βαλλόμενα λάχανα.

2.q.1. can. Si peccauerit.

DISTINCTIO. XXXI.

Gratianus. TEMPVS quoque conſideratur: Nam fuit, quando nōdum erat inſtitutum, vt Sacerdotes continentiam ſeruarent. Vnde Gregorius ſcribit Petro Subdiacono Siciliæ. In Epiſtola iā ſuprâ citata. 42. libri primi.

Maritus in Hypodiaconum captus, ſi continentiam tunc non vouerit, ab vxore non ſeparetur.

ANte triennium, omnium Eccleſiarum Subdiaconi Siciliæ, prohibiti fuerăt, vt more Romanæ Eccleſiæ, ſuis vxoribus nullatenus miſceantur: quod mihi durum, atque incompetens videtur: vt qui vſum continentiæ non inuenit, neque caſtitatem promiſit, compellatur à ſua vxore ſeparari, atque per hoc (quod abſit) in deterius cadat. Vnde videtur mihi, vt à præſenti die, Epiſcopis omnibus dicatur, vt nullum facere Subdiaconum præſumant, niſi qui ſe victurum caſtè promiſerit: quatenus & præterita mala, quæ propoſito mentis appetita non ſunt, violenter non exigantur: & futura mala cautè caueantur. Qui verò poſt eandem prohibitionem, quæ ante triennium facta eſt, continenter cum ſuis vxoribus vixerint, laudandi atque remunerandi ſunt, & vt in bono permaneant, exhortandi. Eos autem, qui, poſt prohibitionem factam, à ſuis ſe vxoribus continere noluerint, ad Sacrum ordinem nolumus promoueri: quia nullus debet ad Altaris miniſterium accedere, niſi cuius caſtitas ante ſuſceptum miniſterium, fuerit approbata. *Græcis Hypodiaconis futuris (inter Græcos habentur Siculi) Continentia (quæ ſemper Latinis iniuncta fuit) Gregorij tempore duntaxat imperari cœpit. Antea (quod ex hac Epiſtola, & Epiſtola 34. lib. 3. multiſque nos ex aliis deprehendimus) erant coniugati. Sed non eſt bona ratiocinatio Gratiani, à Subdiaconorum nuptiis, ad quoſcunque Sacerdotes argumentantis. Cur autem continentes debeant eſſe altaris Chriſti miniſtri, Gratianus oſtendit, inquiens.*

Cauſa verò huius inſtitutionis, Munditia fuit Sacerdotalis: vt liberè cunctis diebus vitæ ſuæ Orationi poſsint vacare: Si enim (vt Paulus ait) Ab vxoribus eſt ceſſandum, vt expeditiùs orationi vacemus, Miniſtris vtique altaris, quibus quotidiana neceſsitas orandi incũbit, nunquam coniugali officio vacare permittitur. Vnde Beda ſuper Lucã ait. Scribebat hic anno Do. 720. Non extant omnia, quæ ſcripſit.

1. Cor. 7.

Sacerdotes perpetuò caſti ſunto.

SAcerdotibus (vt ſemper valeant altari aſſiſtere) ſemper ab vxoribus eſt abſtinendum, ſempérque caſtitas obſeruanda

obſeruanda præcipitur. Item. In concilio Carthaginenſi. 2. *Ex Aphrica tota, Patres Carthaginē frequentiſſimè conuenerunt, ad Eccleſiæ regimen multa perutiliter ibi ſancientes. Aphricana dicuntur, & Carthaginenſia Concilia, quæ nobis octo reſtant. Ex quibus aliquis Græcus de piis illis & Eccleſiaſticis patribus (nec enim puto Græcè loquutos Aphros) centum cum triginta quinque tranſtulit in linguam ſuam, qui pridem Lutetiæ fuerunt æditi. ſunt & in Zωnaræ collectaneis. Illis autem in conuentibus excelluit Aurelius Auguſtini chirotonites :* Interfuit *& ipſe frequenter Auguſtinus. Inter alia ſemel ad Cōcilium retulit* Aurelius *(id euenit anno Chriſti* 407.) περὶ ἐγκρατείας, καὶ ἁγνείας λευιτῶν. *De continentia & puritate Leuitarum. Sancitum fuit in.* 3. *Canone Græco, prout hic à Gratiano colligitur. Secundus eſt in verſione Latina.*

Quicunque diuinis Sacramentis inſeruiunt, (ὑπουργοῦσι θείοις καθιερώμασιν) Continentes eſſe debent.

EPiſcopos, Preſbytreos, & Diaconos (ita vt placuit, & decet ſacroſanctos Antiſtites, aut Sacerdotes, aut Leuitas, Vel qui Sacramentis diuinis inſeruiunt) Continentes eſſe decet in omnibus. *Poſtrema verba Canonis hic omiſit Gratianus, Vbi Legis noſtræ cauſa redditur, apprimè digna neceſſariáque ſcitu. Nam Laſciuos iſtos Nuptiatores mirè coarguit: Ideo ſubiicienda curaui.*

Ὅπως δυνηθῶσιν, ὃ παρὰ τοῦ θεοῦ ἁπλῶς αἰτοῦσιν, ἐπιτυχεῖν· ἵνα καὶ τὸ διὰ τῶν ἀποστόλων παραδοθὲν, καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς ἀρχαιότητος κρατηθὲν, καὶ ἡμεῖς ὁμοίως φυλάξωμεν.

Id eſt.

Vt poſsint, quòd à Deo ſimpliciter orant, impetrare: Vt, & quod ab Apoſtolis traditum eſt, & ab ipſa Antiquitate obtinuit, & nos ſimiliter obſeruemus. *Sed eiuſdem quóque Concilij Canon quartus huc totus attinet : addendum propterea duxi. Quum Fauſtinus* Epiſcopus, *Eccleſiæ Romanæ Topoteritites, apud Aphros omnes in eo Concilio Legem rogaſſet, vnanimes ita decreuerunt.*

Ἀρέσκει, ἵνα ἐπίσκοπος, καὶ πρεσβύτερος, καὶ διάκονος, καὶ πάντες οἱ τὰ ἱερὰ ψηλαφῶντες, τῆς σωφροσύνης φύλακες, γυναικῶν ἀπέχωνται.

Id eſt.

Placuit. Vt Epiſcopus, Presbyter, Diaconus, & omnes ſacra tractantes, Continentiæ obſeruatores, à mulieribus abſtineant. *Itáque more Romano vixerunt Aphri. In vtrunque Zωnaræ videnda foret hermenia, Sed pergamus cum Gratiano.*

Item. Innocentius. 1. Victorino Rothomagenſi Epiſcopo. *cap.* 9. *Epiſt.* 2.

Digitized by Google

Scripta fuit Conſulatu Honorij ſexto id eſt, An. Do. 406.

Sacerdotes, & Leuitæ cum vxoribus ſuis miſceri non debent.

TEnere debet Eccleſia, Vt omnimodo Sacerdotes & Leuitæ, cum vxoribus ſuis non miſceantur: quia miniſterij diuini quotidianis neceſſitatibus occupãtur. Scriptum eſt enim: Sãcti eſtote: quoniam ego ſanctus ſum dominus Deus veſter. Nam priſcis temporibus, anno vicis ſuæ, de templo non diſcedebant: ſicut de Zacharia legimus: nec domum ſuam omnino tangebant: quibus vtique, propter ſobolis ſucceſſionem, vxoris vſus fuerat relaxatus: quia ex alia tribu, præterquam ex ſemine Aaron, ad ſacerdotium nullis accedere permittebatur. Quantò magis hi Sacerdotes, & Leuitæ pudicitiã, ex die ordinationis ſuæ, ſeruare debent, quibus vel Sacerdotium, vel Miniſterium ſine ſucceſſione eſt? nec præterit dies, quâ, vel à ſacrificiis diuinis, vel à Baptiſmatis officio vacent?

Leuit. 11. Luc. 11. a.

Non bene conueniunt, nec in vna ſede morantur, Maieſtas, & Amor. id eſt, Altaris, & Vxoris conſuetudo

§ *Nam ſi Apoſtolus Paulus ſcripſit ad Corinthios, dicens: Abſtinete vos ad tempus, vt expeditiùs vacetis orationi: & hoc vtique præcepit Laicis: multò magis Sacerdotes (quibus & orandi, & ſacrificandi iuge officium eſt) ſemper debebunt ab huiuſmodi conſortio abſtinere:*

1. Corint. 7.

Idem, Exuperio Tholoſano Epiſcopo. *Epiſt 3. cap. 1. Stilicone. 2. & Anthemio coſſ. Id eſt, anno* 407.

Qui ab vxoribus ſuis non abſtinent, ad ſacrificia non admittantur.

NEc eos ad ſacrificia fas eſt admitti, qui, vel cum vxore exercent carnale conſortium. —— Ergo vel vxore, vel Sacrificiis abſtineto. Item. Hieronymus contra Iouinianum, libro 1.

Sacerdoti ſemper eſt orandum. Matrimonio ſemper eſt ergo carendum.

SI Laicus, & quicunque fidelis, orare non poteſt, niſi careat officio coniugali: Sacerdoti, cui ſemper pro populo offerenda ſunt ſacrificia, ſemper eſt orandum. Si ſemper orandum eſt, ergo ſemper carendmm matrimonio: Nunquam ſeruiendum coniugio. Quoniam, quotieſcúnque vxori debitum reddo, orare non poſſum. *Gratianus.*

QVOD autem Manichæorum cauſâ, de coniugio Sacerdotum illud ſupradictum ſit, ex Gangrenſi Concilio apparet, in quo ſic ſtatutum legitur, can. 1. & can. 9.

Anathema Nuptiarum vituperatoribus, &, etiam virginitatis cauſâ, Nuptiarum taxatoribus.

SI quis vituperat nuptias, & dormientem cum viro ſuo fidelem, ac religioſam mulierem deteſtatur, aut culpabilem exiſtimat, velut quæ regnum Dei introire non poſſit, Anathema ſit.

QVicunque virginitatem cuſtodiens, aut continentiæ ſtudens, velut horreſcẽs nuptias: nec propter hoc, quòd bonum & ſanctum eſt, nomen virginitatis aſſumit, Anathema ſit. *Non Manichæi, quorum nomẽ & inſania iãpridem damnata fuerat, anno circiter 240. Sed inauſpicatus Monachus Euſtathius, Manichæorum ſectator impius, hiſce canonib. & concilio Gangrenſi cauſam dedit, Euangelicæ promulgationis anno circiter. 300.* *Gratianus.* POTEST & aliter illud intelligi, quod in Canone Apoſtolorum legitur, vt iſte ſit ſenſus capituli. Si quis docet Sacerdotem, vxorem ſuam contemnere, non quam in Sacerdotio accepit, ſed quam ante Sacẽrdotium, dum adhuc eſſet laicus, vel in minoribus ordinibus conſtitutus, ſibi copulauit: cum qua continentiam profeſſus eſt, quum ad ſacros Ordines cõſcenderet: quam nullus debet contemnere, hoc eſt, ab animo & cura ſua abiicere, quin ei neceſſaria prouideat, Anathema ſit. Probatur autem hæc interpretatio authoritate Leonis Papæ primi, qui ſcribens Ruſtico Narbonenſi Epiſcopo, ait: *Epiſt. 90. cap. 3. circiter an. Do. 465.*

Amplexum, non curam deſerat vxoris, quiſquis eſt in miniſterio Altaris.

LEx continentiæ eadem eſt Altaris miniſtris, quæ Epiſcopis, aut Præbyteris: qui quum eſſent Laici,

Digitized by Google

Inter Maritum, & vxorem duplex eſt cõiugiũ, Carnale, & Spiritale.

ſiue Lectores, licitè quidem, & vxores ducere, & filios procreare potuerunt: ſed quum ad prædictos peruenerunt gradus, cœpit eis non licere, quod licuit. Vnde, vt iam de Carnali fiat Spirituale coniugium, oportet eos nec dimittere vxores: licet qui habent, ſic habere videantur, quaſi non habeãt: quò, & ſalua ſit caſtitas connubiorum, & ceſſent opera nuptiarum. Item. Leo. 9. contra Epiſtolam Nicetæ Abbatis. *In Pannomiæ libro 3. in fine tituli, De continentia ordinandorum, refertur hoc decretum. Non legi quicquam de libidinoſo iſto* Niceta *monacho: qui (quod Gnoſtici modò quoque faciunt) armis coniugij Sacerdotales defendebat incontinentias. Sed in* Contracti Chronico, *& in Krantzij* Saxonia. *lib. 4. cap. 43. legi factum Papam, Leonem nonum, hominem* Gallum, *multâ commendatum probitate.* Anno *Do.* 1049. *qui ſedit annos quinque. Synodos quatuor annis primis habuit, Vnam, Romæ: Secundam, Papiæ: Tertiam, Remis. Moguntiæ, poſtremam: cui Theutonum rex Henricus ſecundus interfuit, anno Do. circiter* 1051. *Huius poſtremæ iudicio (in qua.* 150. *Epiſcopos interfuiſſe, quidam ſcripſerunt: alij tantùm* 40.*) damnata perpetuò fuere connubia Sacerdotalia, quibus tum per* Alemaniam *fœdabatur* Eccleſiæ *puritas: Damnatum pariter puto, & illum nuptiatorem Niceten. Depromptus inde videtur* canon *præſens ab Iuone.*

Alat, non amplectatur vxorem ſuam, Miniſter.

OMnino confitemur non licere Epiſcopo, Presbytero, Diacono propriam vxorem, cauſâ religionis, abiicere à cura ſua: ſed vt ei victum & veſtitum largiatur: ſed non vt cum illa carnaliter ex more iaceat: ſicut & ſanctos Apoſtolos legimus egiſſe: beato Paulo apoſtolo di-

1.Cor.9.a. *cente: Nunquid non habemus poteſtatem, Mulierem ſororem circunducendi, ſicut & cæteri Apoſtoli, & fratres Domini, & Cephas? Vide (inſipiens) quia non dixit, Nunquid non habemus poteſtatem, ſororem mulierem amplectendi, ſed circunducendi: ſcilicet, vt mercede prædicationis ſuſtentaretur ab eis: nec tamen deinceps vlterius foret carnale inter eos coniugium.* *Gratianus.* VT igitur ex his authoritatibus apparet, Sacerdotes vxoribus, quas in Laicali habitu, vel in minoribus ordinibus conſtituti, ſibi legitimè copulauerunt, neceſsaria quidem miniſtrare debent, ſed debitum reddere non valent. *Non ceſſat ar-*

gumentari

Digitized by Google

gumentari Gratianus pro nuptiis Presbyterorum, Inquiens. ——— Sed obiicitur illud Tripertitæ Hiſtoriæ. cap.14.lib.2. *Caßiodorus, illius compilator Hiſtoriæ, de Sozomeno dicit hoc excerptum: quod habes in cap.23. libri primi Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ, ab Hermio Sozomeno deſcriptæ.*

Diſſuaſu Paphnutij Nicæna Synodus non conſtituit, quòd Presbyteri cum ſuis vxoribus non dormirent.

NIcæna Synodus volens corrigere hominum vitam in Eccleſiis commorantium, poſuit Leges, quas Canones vocamus. In quorũ tractatu videbatur aliquibus introducere Legem, Vt Epiſcopi, Preſbyteri, Diaconi, Subdiaconi cum coniugibus, quas ante conſecrationem duxerant, non dormirent. Surgens autem Paphnutius confeſſor contradixit, Honorabiles confeſſus nuptias: & caſtitatem dicens eſſe, cum propria coniuge concubitũ. Suaſit itaque Concilio, ne talẽ poneret Legem: grauẽ eſſe aſſerens cauſam, quæ aut ipſis, aut eorũ coniugalibus occaſio fornicationis exiſteret. Et hoc quidem Paphnutius (licet † nuptiarum eſſet inexpertus) expoſuit, Synodúſque laudauit ſententiam eius: & nihil ex hac parte ſanciuit: ſed hoc in vniuſcuiuſque voluntate, non neceßitate, dimiſit.

† ἄπειρος ὢν γάμων.

Hic debuit addi, contra nuptiatores, quod eſt in dicto cap. 23. vt planè ſciretur, quo ritu Græcia vixerit. ———

Κατὰ δὲ, τὴν ἀρχαίαν τῆς ἐκκλησίας παράδοσιν, τοὺς μὲν ἀγάμους τοῦ ἱερατικοῦ τάγματος κοινωνήσαντας, μηκέτι γάμειν. τοὺς δὲ μετὰ γάμον, ὧν ἔχουσι γαμετῶν, μὴ χωρίζεσθαι.

Id eſt.

Secundùm verò priſcam Eccleſiæ traditionem, Qui ſunt ſine coniugibus in Ordine ſacro viri, ne poſthac ampliùs coniuges ducant. Poſt nuptias autem, ab vxoribus, quas habent, ne ſecedant. Scilicet. *Ante nuptias, in clerum cooptatus, ad nuptias ampliùs non adſpiret. Sed, non ſciungatur ab ea, quam, quum Laicus adhuc eſſet, ante clericatum duxit. Hoc in Nicæno ſtatutum* Concilio *(prout antiquißimus fuerat Eccleſiæ priſcæ mos) refert &* Socrates *cap.*

11. libri primi. Rurſum, Gratianus. ———— Item. Synodus ſexta. *Eſt hoc.13. caput illius Synodi non hîc integrè verſum, nec aliubi, ſatis fideliter.*

Si quis ad Sacerdotium de coniugio capiatur, non propterea debet inuitus à coniugis ſuæ congreſſu diſiungi: niſi tempore ſacrificij.

† μέλλοντας διακόνου, ἢ πρεσβυτέρου χειροτονίας ἀξιοῦσθαι.

† συνάφειαν.

* ὁμιλίας.

† εἴ τις ἄξιος εὑρεθείη πρὸς χειροτονίαν ὑποδιακόνου.

† γαμετῇ συνοικῶν νομίμῳ.

† ἀποστήσεται τῆς νομίμου πρὸς τὴν οἰκείαν γαμετὴν ὁμιλίας.

*QVoniam in Romani ordine Canonis eſſe cognouimus traditum, Eos † qui ordinati ſunt Diaconi vel Presbyteri, confiteri quòd non ſuis iam copulentur vxoribus. Nos antiquum ſequẽtes Canonem Apoſtolicæ diligentiæ & conſtitutionis: Sacrorum virorum Legales nuptias amodo valere volumus: nullo modo cum vxoribus ſuis eorum † connubia diſſoluentes, aut priuantes eos * familiaritate adinuicem, in tempore oportuno. † Quicunque ergo diligens inuentus fuerit in Subdiaconali ordinatione, aut Diaconali, aut Sacerdotali, hi nullo modo prohibeantur ad talem aſcendere gradum † pro vxoris ſuę cohabitatione: nec etiam tempore ordinationis ſuæ profiteri [caſtitatem] cogatur, quòd † abſtinere debeat à Legalis vxoris familiaritate.* Gratianus hinc tranſilit ad finem Canonis, omittens media quædam non impertinentia: præcipuè, quod eſt ex Eccleſiaſtæ.ca.3.

καιρὸς ἐστὶ παντὸς πράγματος· καὶ μάλιστα, νηστείας, καὶ προσευχῆς.

Id eſt.

Sua cuique negocio tempeſtiuitas eſt. & maximè, Ieiunio, átque Orationi.

Deinde ſequitur.

* θυσιαστηρίῳ προσεδρεύοντας.

* μεταχειρήσεως.

† ἁπλῶς.

† ἱερωμένων.

*§ Oportet igitur eos qui * altari miniſtrant, in tempore * oblationis Sanctorum, Continentes eſſe in omnibus, vt à Deo poſſint conſequi, quæ † ſuppliciter poſtulant. Si quis ergo præſumpſerit, Contra Apoſtolicos Canones, aliquos † conſecratorum (Presbyterorum, dico, & Diaconorum, & Subdiaconorum) priuare à contactu, & à cõmunione Legalis vxoris ſuæ, deponatur. Similiter & Presbyter,*

Digitized by Google

Presbyter, aut Diaconus, qui religionis cauſâ vxorem ſuam expellit, Excommunicetur: ſi verò in hoc permanſerit, Deponatur. *Hæc duo diſſoluit Gratianus ex circunſtantia loci, dicens.* ——— Hoc autem, Ex loco intelligendum eſt: Orientalis enim Eccleſia (cui ſexta Synodus regulam viuendi præſcripſit) votum caſtitatis in miniſtris altaris non ſuſcepit. Vnde Stephanus Papa ait: *In Pannomiæ titulo citato. De conti. ordi. Canon præſens adducitur, Ex actu primo Synodi Stephani Papæ. cap. 4. Stephanum tertium (nouem ſiquidem fuerunt huiuſce nominis) fuiſſe puto. Qui primus, poſt illam ſextam Synodum, locis aliquibus Romanos notantem, circiter annum Do. 770. Romam quoque celebre Concilium vocauit.*

Occidentalis, non Orientalis Eccleſia, votum caſtitatis obtulit.

ALiter ſe Orientalium traditio habet Eccleſiarum, aliter huius ſanctæ Romanæ Eccleſiæ: nam earum Sacerdotes, Diaconi, aut Subdiaconi matrimonio copulantur. Iſtius autem Eccleſiæ, vel Occidentalium nullus Sacerdotum, à Subdiacono vſque ad Epiſcopum, licentiam habet coniugium ſortiendi. *Soluit inſuper Gratianus & alia in ſuperioribus propoſita: Rerum, Locique diſtinctione factâ, ſic dicens.* ——— Similiter & capitulum Nicolai ex loco conſideratur: quia gens Bulgarorum nouiter ad fidem conuerſa, propoſitum Sacræ religionis ex integro aſſumere nondum didicerat. Quòd autem in cap. ſextæ Synodi, Presbyter non legitimis nuptiis detentus, punitur: non legales nuptiæ, ſunt intelligendæ ſecundæ, à quibus, authoritate Canonicâ, Sacerdos quilibet debet eſſe immunis. Illud autem Gangrenſis Concilij, Si quis diſcernit Presbyterum coniugatum, &c. ſimiliter intelligedum eſt, vel localiter traditum, vel Coniugatum ab ea eſſe appellatum, quam ante tempus ordinationis ſuæ duxerat. Illud quoque Martini, Si Subdiaconus ſecundam duxerit vxorem, non diſsimiliter intelligendum eſt: Primam enim vxorem ante Subdiaconatum habere permittitur: quâ defunctâ, vel caſtitatem profeſſâ, promouetur iſte ad Subdiaconatum: promotus autem ſi ſecundas deſiderauerit nuptias, ſententiæ Martini ſubiacebit. *Concludit Gratianus, quòd omnes Eccleſiaſtici, etiam Subdiaconi, continentes eſſe debent. Id authoritatibus diuerſis adhuc confirmat.*

DISTINCTIO XXXII.

Gratianus. SERVANDA eſt ergo Continentia ab omnibus in ſacris ordinibus conſtitutis: Vnde Leo Papa primus ait Epiſt. 82. cap. 3. & 4. *Ad Eccleſiæ Theſſalonicenſis Epiſcopum ſcripta eſt Epiſtola: Vt ſcias Græcos hac lege coercitos fuiſſe.*

Matrimonio, ſimul & altaris miniſterio, ſeruire nemo poteſt.

Digitized by Google

O *Mnium Sacerdotum tam excellens eſt electio, vt hæc, quæ in aliis membris Eccleſiæ vacat à culpa, in illis tamen habeantur illicita: Cùm enim extra Clericorum ordinem conſtitutis, nuptiarum ſocietati, & procreationi filiorum ſtudere ſit liberum, ad exhibendam tamen perfectæ continentiæ puritatem, ne Subdiaconis quidem carnale connubium conceditur: vt etiam qui habent, ſint tanquam non habentes: & qui non habent, permaneant ſingulares. Quòd ſi in hoc ordine, qui quartus extat à capite, dignum eſt cuſtodiri: quanto magis in primo, vel in ſecundo, tertióve ſeruandum eſt? ne aut Leuitico miniſterio, aut Preſbyterali honori, aut Epiſcopali* excellentiæ *quiſquam idoneus exiſtimetur, qui ſe à voluptate vxoria necdum refrenaſſe detegitur.* Item. Gregorius Leoni, Epiſcopo Catanẽſi. Epiſt. 34. lib. 3. De Grecis & hoc ſtatuitur. Palæis adſcribitur.

Subdiaconi caſti ſunto.

M *Vltorum relatione comperimus, hanc apud vos conſuetudinem olim tenuiſſe, Vt Subdiaconi ſuis licitè miſceantur vxoribus. Quod ne denuò quiſquam præſumeret, à ſeruo Dei, ſedis noſtræ Diacono, ex authoritate noſtri prædeceſſoris, eſt iſto modo prohibitum, Vt eodem tempore, hi qui iam vxoribus fuerant copulati, vnum de duobus eligerent, id eſt, aut à ſuis vxoribus abſtinerent, aut certè miniſtrare nullo modo præſumerent. Et quantùm dicitur, Specioſus, tunc Subdiaconus, pro hac re ab adminiſtrationis ſe ſuſpendit officio, & vſque in obitus ſui tempus, Notarij quidem geſſit officium, & à miniſterio, quod Subdiaconum oportuerat exhibere, ceſſauit.* Et ibidem poſt aliqua.

§ *De*

Digitized by Google

§ *De cætero verò, Fraternitas tua ſit omnino ſolicita, vt quos ad hoc officium contigerit promoueri, hoc quàm maximè diligenter inſpiciat: Ne, ſi vxores habent, miſcendi ſe cum eis licentiâ potiantur: ſed ad ſimilitudinem Apoſtolicæ ſedis, eos cuncta obſeruare, ſuâ nihilominus diſtrictione, conſtituat.* Item. Gregorius, Auguſtino Anglorum Epiſcopo. Ad interrogationem. 2. reſpondens.

Hieraticos tantùm, Non item exteros Eccleſiæ miniſtros, coniugium priuat Eccleſiæ ſtipendiis. Huc omnia de clericalibus connubiis dicta referenda ſunt.

SI qui verò ſunt Clerici extra ſacros Ordines conſtituti, qui ſe continere non poſſunt, ſortiri vxores debent, & ſtipendia ſua exteriùs accipere: quia & de eiſdem à patribus nouimus ſcriptum, quòd diuidebant ſingulis, prout cuique opus erat. De eorum ergo ſtipendiis cogitandum, atque prouidendum eſt, & ſub Eccleſiaſtica regulâ ſunt tenendi, vt bonis moribus viuant, & canendis pſalmis inuigilent, & ab omnibus illicitis, & cor, & linguam, & corpus, Deo authore, conſeruent. Item. Nicolaus Papâ Othoni, Colonienſi Archiepiſcopo. *Quinque fuerunt hoc nomine Pontifices, Primum, Secundúmve oportuit eſſe, qui hæc reſcripſerit. Ille Romanus, Anno Chriſti. 860. Hic Celta Burgundus, anno. Do. 1060. vel. 1059. Reliquos Nicolaos anteceſſit Gratianus qui ſcripſit hæc 1150. Poſteriorem fuiſſe credo, qui nominatur in pannomiæ lib. 3. Tit. De lapſis. Nicolaus iunior, cuius eſt & aliud decretum ſequens.* Act. 2. g

Subdiacono non licet vxorem ducere.

DE illo Clerico, Aluerico, nomine, quem per ordines Eccleſiaſticos, vſque ad Subdiaconatum, caſtum vixiſſe dicitis: cur veſtrâ authoritate, vxorem duxerit, miramur: eo quòd nulli vnquam (exceptis illis, quibus Eccleſiaſtica regula habere permittit) vxorem habendi licentiam damus. Item. Nicolaus Papa omnibus Epiſcopis. *Mox*

atque fuit hic in Papam creatus, Concilium habuit apud Lateranum Romæ, quò venit & Berengarius hæreſin recantans. Ibi vetus hoc ſtatutum fuit à Synodo renouatum.

Ab impuro Presbytero pura ſacra nulla ſunt accipienda: cum quo nec alij communicare debent.

NVllus miſſam audiat Presbyteri, quem ſcit concubinam indubitanter habere, aut Subintroductam mulierem. Item Alexander. 2. *Hic ſucceſſit Nicolao. 2. Mantuam vocauit Concilium circiter annum Do. 1065. Cui Rex Alemanicus, Henricus 2 interfuit, cum Othone Colonienſi Archiepiſcopo. Decreuerunt inter alia, de presbyterorum caſtitate, quod ſequitur, & ſtatutum iam fuerat in prædicta Synodo Lateranenſi.*

PRæter hoc autem, Præcipiendo mandamus, vt nullus miſſam audiat Presbyteri, quem ſcit concubinam habere indubitanter, vel Subintroductam mulierẽ. vnde etiam ſancta Synodus hoc capitulum ſub excommunicatione ſtatuit, dicens: Quicunque Sacerdotum, Diaconorum, Subdiaconorum, poſt conſtitutum beatæ memoriæ prædeceſſoris noſtri ſancti Leonis Papæ, & Nicolai, De caſtitate clericorum, concubinam palam duxerit, vel ductam non reliquerit, Ex parte omnipotentis Dei, & authoritate principum Apoſtolorum Petri & Pauli præcipimus, & omnino contradicimus, vt Miſſas non cantet, nec etiam Euangelium legat, néque Epiſtolam ad miſſam, néque in Presbyterio cum his, qui præfatæ conſtitutioni obedientes fuerint, ad officia diuina maneat, néque partem ab Eccleſia ſuſcipiat.

Honeſta, & religioſa Clericorum vita eſt, In Eccleſiæ periſtyliis vnà morari, vnáque viuere.

§ *Præcipientes etiam ſtatuimus, Vt hi prædictorum ordinum, qui eiſdem prædeceſſoribus noſtris obedientes*

caſtitatem

Digitized by Google

caſtitatem ſeruauerint, iuxta Eccleſias (ſicut oportet religioſos Clericos) ſimul manducent, & dormiant: & quicquid eis ab Eccleſiis competit, hoc communiter habeant.

Ad Oblationes, & Decimas, & Primitias tenentur Laici: Ad illarum diſpenſationem tenentur Epiſcopi. Quicunque has malâ fide retinent, ſunt excommunicandi.

§ *Deinde, Vt decimæ, & primitiæ, ſeu oblationes viuorum & mortuorum, Eccleſiis Dei fideliter reddātur à Laicis: & vt ipſæ in diſpoſitione Epiſcoporum ſint: quas qui retinuerint, à ſanctæ Eccleſiæ communione ſeparentur.* *Gratianus hîc, velut occaſionem captans argumentandi, quæſtionem relinquens propoſitam, Quid eſt (ſcilicet) quòd vnius vir vxoris exigatur Eccleſiæ miniſter? diſſertat, An mali, & non canonici Sacrorum miniſtri, ſacra bene poßint & canonicè tractare? Poſſeque probat. Sed οὐ πρὸς ἔπος, vt dicitur. Attamen, Parergum tractabimus obiter.*

Gratianus. VERVM Principia harum authoritatum contraire videntur Hieronymo, Auguſtino, & cæteris: qui Chriſti Sacramenta néque in bono, néque in malo homine fugienda demonſtrant: ſicut ſubſequens cauſa Simoniacorum pleniùs demonſtrat. Sed Vrbanus. 2. in Epiſtola deſtinata Præpoſito Sancti Vincentii hanc contrarietatem determinat, dicens. — *De hoc Vrbano ſecundo dicemus, Can. abhinc quinto.*

Inquinatus miniſter non inquinat Sacra, quæ contrectat.

AD hoc verò, quod ſubiungitur in eadem Epiſtola — id eſt, Vtrùm ſit vtendum ordinationibus, & reliquis Sacramentis à criminoſis exhibitis, vt ab adulteris, vel ſanctimonialium violatoribus, vel huiuſmodi? Ad hoc, inquam, reſpondemus. Si ſchiſmate, vel hæreſi ab Eccleſia non ſeparentur, eorundem ordinationes, & reliqua Sacramenta, ſancta, & veneranda non negamus, ſequendo beatum Auguſtinum, qui ſuper Ioannem de huiuſmodi tam copioſe, quàm veraciter diſſerit. Ait enim: Baptizat ſeruus, ſiue bonus, ſiue malus. Neſciat ſe ille, qui baptizatur, baptizari, niſi ab eo qui ſibi baptizandi de-

Aug. tract. 5. ad cap. 1. Ioannis. To. 9.

dit poteſtatem: Et paulò pòſt. *Non abhorreat columba miniſterium malorum, ſed reſpiciat Domini poteſtatẽ.*

Qui malâ ſuâ conſcientiâ non arcetur à myſteriis, debet illinc arceri pudore.

§ *Attamen prædeceſſores noſtri Nicolaus & Gregorius à Miſsis Sacerdotum, quos tales reuerâ eſſe conſtiterit, Fideles abſtinere decreuerunt: vt & peccandi licentiam cæteris auferrent, & huiuſmodi ad dignæ pœnitentiæ lamenta reuocarent.*

Scribit enim prædeceſſor noſter Gregorius Rodolpho & Bertolpho ducibus, inter cætera: Officium Simoniacorum, & in fornicatione iacentium, ſcienter nullo modo recipiatis: & quantum poteſtis, tales à ſanctis miniſteriis, vbi oportuerit, prohibeatis.. *Hic fuit Gregorius ſeptimus: ſucceſſor Alexandri 2. circiter annum Do. 1074. perſequutor, & hoſtis acerrimus iſtiuſmodi flagitioſorum Presbyterorum: qui ſuis inceſtis concubitibus Alemaniam totam, coniugij nomine, tunc temporis inquinabant: quæ diuulſit, atque diſſoluit omnia. Rudolphus, & Bertolphus fratres, Sueuiæ duces: poſtea Rudolphus contendit de regno Theutonico aduerſus Henricum quartum, Eccleſiæ Romanæ perduellem inſenſiſsimum.* *Sequitur in Vrbani Papæ literis.* ———

A manifeſtè malo miniſtro datum, ſine neceſsitate, ſacrum, execrabile eſt homini ſciẽter illud accipienti.

§ *Porrò, Ad hæc, quæ tibi ſyllogiſticè in eadem Epiſtola obiiciuntur: Si corpus & ſanguis Chriſti non ſunt, & alia, quæ prædiximus, ſuæ virtutis effectum non habeant, quid hoc agentibus obſunt? quòd ſi habent, cur ſpernuntur, ſi ab indignis præſumuntur? Ad hęc (inquam) ita reſpondemus, Proprias quidem habent virtutes, & dignitates, vt præfatus Auguſtinus ait ſuper Ioannem contra Donatiſtas: Sed agentibus vel ſuſcipientibus hæc eadem Sacramenta, contra præfatorum Pontificum inſtituta, (niſi fortè ſolâ morte interueniente, vtpote, ne ſine Baptiſmate,*

Baptiſmate, vel Communione quilibet humanis rebus excedat) Eis (inquam) agentibus, vel ſuſcipientibus intantum obſunt, vt verè Idololatræ ſint: quum talibus & ordinationum, & Sacramentorum confectio, & aliter quàm permiſſum eſt, ſcienter ſuſceptio, vehementer à ſanctis Canonibus prohibeantur: Ait enim Samuel Propheta: 1. Reg. 3.
Quaſi peccatum ariolãdi eſt, Repugnare: & quaſi ſcelus Idololatriæ, nolle acquieſcere.

Ab Hæretico vel Schiſmatico Sacramenta conferri nulla vnquam poſſunt: Baptiſmũ Gratianus hic excipit.

§ *Hæc de malis Catholicis, qui intra Eccleſiam ſunt. Cæterùm Schiſmaticorũ, & Hæreticorum Sacramenta, quoniam extra Eccleſiam ſunt, iuxta ſanctorum Patrum traditiones (ſcilicet Pelagij, Gregorij, Cypriani, Auguſtini, & Hieronymi) Formam quidem Sacramentorum habent, non autem virtutis effectum habere profitemur: niſi quum ipſi, vel eorum Sacramentis initiati, per manus impoſitionem, ad Catholicam redierint vnitatem.*

Gratianus. SCIENDVM verò, quòd Canones Apoſtolorũ (quorum authoritate Orientalis, & ex parte, Romana vtitur Eccleſia) etiam inſignis Cyprianus martyr, & 80. Epiſcopi cum eodem, Baptiſma Hæreticorum, lauacrum Diaboli appellant: Stephanus, verò & Cornelius Martyres, & Pontifices Romani, & venerabilis Auguſtinus, in lib. De Baptiſmo, eundem Cyprianum, & præfatos Epiſcopos ob hanc cauſam vehementer redarguunt: Affirmantes, Baptiſma, ſiue ab Hæretico, ſiue Schiſmatico, Eccleſiaſtico more celebratum, ratum eſſe Baptiſma: Et meritò: quia alia in Baptiſmo, & alia in reliquis Sacramẽtis conſideratio eſt: quippe quum in ordine prior & neceſſarior ſit: Subitò enim morituro, priùs Baptiſmate, quàm Dominici corporis communione, vel aliis Sacramentis conſulitur: & dum fortè Catholicus non inuenitur, Sanctiùs eſt ab Hæretico Baptiſmi ſacramentum ſumere, quàm in æternum perire: Et hanc ſententiam præſcriptorum Pontificum Cornelij, Stephani, & Auguſtini, ſecuti ſunt Siricius, Innocentius, Leo, Anaſtaſius, & magnus Gregorius, & omnis catholica Eccleſia tenet. Prohibentur ergo de manibus talium Sacerdotum Sacramenta ſuſcipi: non quin ſint vera, quantùm ad formam & effectum: ſed quia dum huiuſmodi Sacerdotes ſe à populo contemptos vi-

Canone 44 45. 46. & 47 Cypria. ſcribens ad Iubaianũ Et in Cõc. Steph. Papæ.

Auguſt. in 1. lib. de Baptiſ. contra Donatiſtas To. 7.

derint, rubore verecundiæ faciliùs ad pœnitentiam prouocentur. —— *A ſatis longo excurſu reuertitur Gratianus in viam.* Item. Ex ſexta Synodo. *Sextus eſt Synodi Canon: cuius quidem ſenſum, non autem verba, reddidit antiquus interpres. In fine ſic habet.* ——

Εἰ δὲ βούλοιτό τις τῶν εἰς κλῆρον προερχομένων, γάμου νόμῳ συνάπτεσθαι γυναικὶ, πρὸ τῆς τοῦ ὑποδιακόνου, ἢ διακόνου, ἢ πρεσβυτέρου χειροτονίας, τοῦτο πραττέτω. *Id ſic traducitur.*

Qui vxorem ducere volunt, ante Subdiaconi, vel Diaconi, vel Presbyteri ordinem, ducant.

SI quis eorum, qui ad Clerum accedunt, voluerit nuptiali iure mulieri copulari, hoc ante ordinationẽ Subdiaconatus faciat. Item. Ex Concilio Carthaginenſi. 3. in cap. Concilij. 19. *Carthaginem Patres Aphricani conuenerunt, Cæſario & Attico Coſſ. hoc eſt, Anno Chriſti. 399. Siricio Papâ. In Synodorum Charthaginenſium Canonibus Græcè compilatis, hic eſt. 16. Inter alia ſic ibidem continetur.* ——

Ἤρεσεν, ὥστε τοὺς ἀναγνώστας εἰς τὸν καιρὸν τῆς ἥβης ἐρχομένους, ἀναγκάζεσθαι, ἢ συμβίους ἀγαγέσθαι, ἢ ἐγκράτειαν ὁμολογεῖν. Translator vetus hîc.

cœlibatum, ſine perpetuo Continentiæ voto, non probat in ſuis Eccleſia.

LEctores, quum ad annos pubertatis veniunt, cogantur aut vxores ducere, aut continentiam profiteri. Item. Gregorius, Bonifacio Epiſcopo Rhegio. Epiſt. 5. lib. 3.

Subdiaconos obſeruare Continentiam decet.

SVbdiaconis tuis hoc, quod de Siculis ſtatuimus, decernimus obſeruari: nec illam definitionem noſtram cuiuſquam contumaciâ ſinas, aut temeritate corrumpi. Item. Vrbanus ſecundus in Synodo apud Meldem. *Sedebat hic Gregorij ſeptimi ſucceſſor anno Criſti circiter 1084. per annos 11. quibus Concilia tria conuocauit: Placentiam, primum. Alterum, Meldem. Tertium, In Claromontem. Duobus primis Eccleſiaſticorum diſſolutionem mirè coercuit. Ex quibus tres ſubſequentes Canones excerpſit poſt Iuonem, de conti. Cleric. Gratianus. Duo poſtrema Gallica fuerunt. In Claromonte decreta fuit illa celebris Hieroſolymitana expeditio, dicto anno. 1084. ſi qua fides in Platina. Numerant alij, anno 1095. Sed ad rem.*

Licet

Digitized by Google

Licet amicas Hieraticorum ſeruituti mancipare: Hieraticis ipſis à gradu ſuo depoſitis.

EOs, qui poſt Diaconatum vxoribus vacare voluerint, ab omni ſacro ordine remouemus: officióque, atque beneficio Eccleſiæ carere decernimus: quòd ſi ab Epiſcopo commoniti non ſe correxerint, Principibus indulgemus licentiã, vt eorum fœminas mãcipent ſeruituti. Si verò Epiſcopi conſenſerint eorum prauitatibus, ipſius officij interdictione mulctentur. Idem. Grandenſi Patriarchæ Dominico.

Palàm incontinentium Clericorum pœna, eſt καθαίρεσις.

ERubeſcant impij, & apertè intelligant, iudicio ſancti Spiritus eos, qui modò in ſacris tribus gradibus (ſcilicet Preſbyteratu, Diaconatu, Subdiaconatu) poſiti, mulierculas non abiecerint, & caſtè non vixerint, excludendos ab eorundem graduum dignitate. De manifeſtis quidem loquimur: Secretorum autem & cognitor Deus, & iudex eſt. Idem in Meldenſi Synodo præſidens ait.

Probatæ caſtitatis eſt, qui vel virgo eſt, vel vnicâ fuit vxore virgine contentus.

NEmo ad ſacrum Ordinem permittatur accedere, niſi aut virgo, aut probatæ caſtitatis, & qui vſque ad Subdiaconatum, vnicam & virginem vxorem habuerit. Item. In Concilio Carthaginenſi quinto, cap. 3. Canonum Græcè collectorum vigeſimus quintus eſt.

Hieratici mariti pro non maritis habeantur: & vxores habeant, tanquam non vxores.

*PLacuit Epiſcopos, Preſbyteros, Diaconos, Subdiaconos * ſecundum priora conſtituta, etiam abſtinere ab vxoribus: quod niſi fecerint, ab Eccleſiaſtico remoueantur officio: cæteros verò Clericos ad hoc non cogi: ſed* * ἐν διαφόροις συνόδοις βεβαιωθέν.

Digitized by Google

ſecundum vniuſcuiuſque Eccleſiæ conſuetudinem obſeruari debere. *Eſt, quod circa finem Canonis immoremur diutiuſculè: quia Græcè legitur aliud, quàm vetus interpres traduxerit.*

Τοὺς δὲ λοιποὺς κληρικοὺς πρὸς τοῦτο μὴ ἀναγκάζεσθαι· εἰ μὴ ἐν πρεσβεβηκυίᾳ κεῖρᾳ. *Hic verbum nullum de conſuetudine aliarum Eccleſiarum: ſed melior & aptior longè ſenſus ineſt, puta:* Reliquos autem clericos ad hoc non compelli (ſcilicet, vt vxoribus ſuis legitimis deinceps abſtineant) niſi in grandiore & prouectiore ſint ætate. *Sanctam & Euangelicam legem? quæ victos ſenes à conceſſa etiam venere abſtinere mandat. Præſtat & Zonaræ* ἑρμηνείαν *ſubdere, locum ſic explicantis.* ——— εἰ μὴ ἐν πρεσβεβηκυίᾳ κεῖρᾳ. εἰ μὴ πάνυ εἶεν πρεσβεβηκότες ἐν ἡλικίᾳ. κεῖρα γὰρ, ἡ ἡλικία ἐστί. τοῦτ᾽ ἔστιν εἰ μὴ πάνυ εἶεν γεγηρακότες· τοὺς γὰρ ἐν γήρᾳ βαθεῖ καταντήσαντας, δεῖ σωφρονεῖν. μᾶλλον δὲ κατὰ τὸν μέγαν Βασίλειον, οὐδὲ σωφροσύνη ἂν λογισθείη τῶν γερόντων ἡ ἀποχή. φησὶ γὰρ ἐκεῖνος. ἡ ἐν γήρᾳ σωφροσύνη, οὐ σωφροσύνη, ἀλλὰ ἀκολασίας ἀδυναμία. ὃς δὲ οὐδὲ ἐν γήρᾳ σωφρονεῖ, οὗτος λίαν ἀκόλαστος.

Id eſt. Niſi in prouecta ætate, Niſi valde proceſſerint in ætatem: κεῖρα *enim* ἡλικία *eſt (hoc eſt ætas). Niſi valde ſint ſenes, Nam qui deuenerūt ad extremam ſenectutem, continentiæ ſtudere oportet. Magis verò, ſecundum magnum Baſilium, quum pro continentia non ſit habenda Senum continentia. Dicit autem ille.* ——— *In ſenectute continentia, non continentia, ſed incontinentiæ debilitas & impotentia. Qui nempe in ſenectute non continet, hic nimis incontinens eſt. Hæc de Zonara. Ergo, Iuliæ, Papiæque Leges, in quinquagenariis, & ſexagenariis nuptias vetantes, à Chriſtianis obſeruandæ forent. Ad reliqua* ——— Item. Leo nonus, contra Epiſtolam Nicetæ Abbatis. Eſt in eo Pannomiæ titulo iam dicto.

Nec ordo minor, Coniugio. Nec vnicæ virginis coniugium, obſtat ordini: Monachiſmus obſtat.

SEriatim & apertè proſequamur, quod ſancta Romana Eccleſia de gradibus Clericorum, ait: Clericos, Oſtiarios, Lectores, Exorciſtas, Acolitos, ſi extra votum & habitum Monachi inueniantur, & continentiam profiteri noluerint: vxorem ducere virginem cum benedictione Sacerdotali permittunt, non autem Viduam, aut Repudiatam: quia propter hoc deinceps nec ad Subdiaconatum prouehi poterunt: quia nec Laicus, niſi virginem ſortitus vxorem, aut digamus, ad Clericatum poteſt aſcendere.

Mutua perpetuáque debet eſſe coniugum ad continentiam conuerſio.

§ *Et ſi*

Digitized by Google

§ *Et ſi quis ex præfatis ordinibus deſiderat ad Subdiaconatum aſcendere, nō poteſt ſine conſenſu vxoris ſuæ: vt fiat de Carnali deinceps Spirituale coniugium, nemine cogente eos. Neque permittitur poſtea vxor iungi eidem marito ſuo carnaliter: nec cuiquam nubere in vita, aut poſt mortem illius.*

Item. Ex Concilio Calchedonenſi. cap.14.

Calchedon ad Boſphorum Thracium, ſeptem ſolùm ſtadiis à Conſtantinopoli diſtans eſt. Eò conuenerunt 630. ſancti patres ad Concilium: cui præfuit per ſuos vicarios Leo Papa 1. circiter an. Do. 455.

Fideli vetitum cum Infideli iugum ducere.

QVoniam in quibuſdam prouinciis conceſſum eſt Lectoribus, & Pſalmiſtis vxores ducere, conſtituit ſancta Synodus, cuiquam ex his non licere accipere † ſectæ alterius vxorem. † ἑτερόδοξον γυναῖκα. Item. In Nicæno Concil. cap.3. *Nicæa in Bithinia eſt: quò, θεόφοροι. 318 ſub Imperio Conſtantini magni, Patres congregati venerunt, anno Do. circiter 290. annis tribus, & paulò prolixius, acta Synodus, Oecumenicarum prima. Cui præfuit per Topotiritas Silueſter Papa 1.*

Clericorum, & Mulierum (niſi quarundam) cohabitatio prohibetur.

INterdixit † per omnia, ſancta Synodus, non Epiſcopo, non Preſbytero, non Diacono, non alicui omnino qui in Clero eſt, licere † Subintroductam habere mulierem: Niſi fortè aut matrem, aut ſororem, aut amitam, aut eas tantùm perſonas, quæ fugiant omnē ſuſpicionem. † ἐκώλυσε. † συνείσακτον.

Item. Hieronymus ad Nepotianum, De vita Clericorum. *Et variis aliis in locis, ex quibus conſarcinatus eſt Canon præſens. ex Paleis eſt.*

HOſpitiolum tuum, aut rarò, aut nunquam mulierum pedes terant: quia non poteſt toto corde cum Deo habitare, qui fœminarum acceſſibus copulatur. Fœmina conſcientiam ſecum pariter habitantis exurit. Nun-

Digitized by Google

quam mulierum formis diſputes. Fœminæ nomen tuum neſciant. Fœminam, quam bene videris conuerſantem, mente dilige, non corporali frequentiâ. Si bonum eſt mulierem non tangere, malum eſt ergo tangere. *Verè aureum hic adſcribam, nec inconcinnè, Chryſoſtomi περὶ ἱερωσύνης verbum, pro noſtrarum ratione Legum,* ἀκολασίας τροφὴ, αἱ συνεχεῖς τῶν γυναικῶν ἐντεύξεις. *Id eſt, Libidinis, & incontinentiæ alimentum, Continua cum mulieribus colloquia.*

Item, Gregorius in Dialogorum, lib. 4. cap. 11.

Presbyter vxorem ſuam, quaſi ſororem, diligat: huius conſuetudinem, velut hoſtem, fugiat.

P*Reſbyter quidam ſibi commiſſam regebat Eccleſiam, cum magno timore Domini, qui ex tempore accepti ordinis Presbyteram ſuam, vt ſororem diligens, ſed quaſi hoſtem cauens, ad ſe propiùs accedere non ſinebat: eámque ſibi appropinquare, nullâ occaſione permittebat: ab ea ſibi communionem funditus familiaritatis abſcidit.*

Gratianus. PRESBYTERAM verò quam debeamus accipere, Laodicenſe Concilium oſtendit. *Laodicæa, Syriæ ciuitas, in quam ſtatim poſt apoſtatæ Iuliani mortem, ſub annum* Do. 367. *quietis & pacatis omnibus in Eccleſia, quam turbarat ille ſæuiſſimè, tres & triginta* Patres è Phrygia *conuenerunt, vbi quinquaginta nouem* Canones *ſtatuerunt. Hic 11. eſt.*

Nullæ mulieres in Eccleſia præeſſe debent.

M*Vlieres, quæ apud Græcos, Presbyteræ appellantur (apud nos autem Viduæ, aut Seniores, Vniuiræ, & Matricuriæ appellantur) in Eccleſia tanquam ordinatas conſtitui non debere decernimus.* *Bis verſi fuerũt Latinè Canones Laodicenſes. Hæc ſecunda verſio eſt, quam ſequitur* Gratianus, *neque propoſitæ quæſtioni conueniens, neque literæ Græcæ. In qua eſt.*

Περὶ τοῦ, μὴ δεῖν τὰς λεγομένας πρεσβύτιδας, ἤτοι προκαθημένας, ἐν ἐκκλησίᾳ καθίστασθαι.

Id eſt. De hoc, Non oportere vocatas Presbytidas, *ſiue* Præſidentes, *in Eccleſia præfici.*

DIS-

Digitized by Google

DISTINCTIO XXXIII.

Pergit adhuc Gratianus in duobus ſequentibus Dioriſmis de Clericorum cõtinentia diſputare, nonnulla tamen præter opus interſerens: quod iſtiuſmodi Rhapſodis eſt peculiare.

Gratianus. ECCE. Quòd in Sacris Ordinibus conſtituti, vxores habere non poſſunt: vel ſi Digami aliqui fuerint inuenti, ad Sacros Ordines aſcẽdere non valent. Sed quæritur, Si quis, præter vxorem ſuam, Cõcubinam habuerit, vtrùm in Sacerdotem promoueri valeat? Tales à Sacris Ordinibus, authoritate Canonum Apoſtolorum, prohibentur. In quibus ſic ſtatutum legitur capite decimo ſeptimo.

Cõcubinatus Eccleſię Lege vetatur: Huiúſque reus ad miniſteriũ non admittitur.

Bis maritus, vel non maritali concubitu pollutus, ad Eccleſiæ miniſterium capi nõ debet.

SI quis, poſt acceptum ſacrum Baptiſma, ſecundis fuerit nuptiis copulatus, aut Concubinam habuerit, non poteſt fieri Epiſcopus, nec Sacerdos, nec Diaconus, † aut prorſus ex numero eorum, qui in miniſterio Sacro deſeruiunt. *Gratianus.* DESERVIENTES Sacro miniſterio intelligũtur Subdiaconi, qui calicem Diacono offerunt: & Acolyti, qui cum cereis Diaconos præcedunt: vnde Ceroferarij dicuntur: qui etiam vinũ & aquã præparando Calici ſubminiſtrant. Concubina intelligenda eſt prçter vxorem, Vt iſte ſit ſenſus capituli: Siquis poſt acceptum Sacrũ Baptiſma, ſecundis fuerit nuptiis copulatus: aut concubinam habuerit (hîc diſtinguendũ eſt) antequàm vxorẽ duxerit: ſiue poſt mortem vxoris. Vnde beatus Gregorius ait.___ *Tertulliani primùm nomine circunferebatur liber, De definitionibus orthodoxæ fidei. ſiue De Eccleſiaſticis dogmatibus: quem poſtea tribuerunt Auguſtino: & eſt in Tomo 3. operum eiuſdem. Neutrius eſſe credidit Gratianus, ſed Gregorij, cuius titulo citatur, vt hic vides. cap. eſt 72. complectens impedimenta multa Clericatus.*

† ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ.

Qui non fuerit vnius tantùm mulieris virginis, & honeſtæ coniugio contentus, non poteſt eſſe Clericus.

MAritum duarum, poſt Baptiſmum, matronarum, Clericum non ordinandum cenſemus: Nec eum, qui vnã quidem, ſed Concubinã, non Matronam habuit: Nec illum qui Viduam, aut Repudiatam, vel Meretricem in matrimonio ſumpſit: Neque eum, qui ſemetipſum, quolibet corporis ſui membro, indignatione aliquâ, vel iuſto, iniuſtóve timore ſuperatus truncauerit: neque illos, qui vſuras accepiſſe conuincũtur: aut in ſcena luſiſſe

Digitized by Google

noſcuntur: nec eum, qui publicâ pœnitentiâ mortalia crimina defleuit: neque illum, qui in furiam aliquando verſus inſaniuit, vel afflictione diabolicâ vexatus eſt: neque
Act. 8. c. *eum, qui per ambitionem, ad imitationem Simonis Magi, pecuniam obtulerit.* *Nihil hæc poſtremò dicta, tréſque ſequentes Canones ad Hieraticorum caſtimoniam pertinent: Morum tamen, corporúmque puritatem concernunt. Ideo cum cæteris exponemus.*

Item. Pius Papa. *Gratianus Canonem præſentem Pio Papæ tribuit, Si vera eſt inſcriptio fuit hic Pius 1. Antonino Pio regnante. circiter annos Do. 154. Nã duos alios Pios annis ferè trecentis Gratianus anteceſſit.*

Arreptitij, vel Epileptici ſanctis altaribus non miniſtrent.

COmmuniter diffinimus, Vt nullus de iis, qui aut in terra arrepti à dæmonibus eliduntur, aut quolibet modo vexationis incurſibus efferuntur, vel Sacris audeant miniſtrare altaribus, vel in diſcuſſè ſe ingerant Sacramentis diuinis. Exceptis illis, qui corporum incommoditati deditis, ſine huiuſmodi paſſionibus in terra probantur eliſi: qui tamen & ipſi tandiu erunt ab officij ſui ordine, & loco ſuſpenſi, quouſque vnius anni ſpatio, per diſcretionem Epiſcopi, inueniantur ab incurſu dæmonum liberati. Item Nicolaus Papa. *De Nicolai tempore diximus in antecedenti diſt. & in 28.*

CLerici, qui in adoleſcentia à dæmonibus cognoſcuntur obſeſſi, ad ſuperiorem Sacri regiminis gradum aſcendere non poſſunt. Item. Gelaſius Papa primus, cap. 21. Epiſtolæ ad vniuerſos Epiſcopos per Lucaniam, & Brutios, & Siciliam. *Gelaſius fuit Apher, ſedebat Romæ, Gotho rege Theodorico occupante Italiam, tempore Zenonis Imperatoris, Anno Do. 496. quo ſcripta fuit Epiſtola hic citata, quod ex Conſulibus adſcriptis in ea colligitur.*

VSqueadeo ſanè comperimus illicita quæque prorumpere, vt à Dęmoniacis, ſimilibúſque paſſionibus irretitos,

Digitized by Google

titos, miniſteria ſacroſancta tractare tribuatur: quibus ſi in hoc opere poſitis aliquid propriæ neceſſitatis occurrat, quis de ſua, fideliúmque ſalute confidit, vbi miniſtros ipſos curationis humanæ tantâ perſpexerit calamitate vexari? atque ideo neceſſariò remouendi ſunt, ne quibuſlibet, pro quibus Chriſtus mortuus eſt, ſcandalum generetur infirmis. Rom. 14. *Poſtremò, Si corpore ſauciatum fortaſſis, aut debilem, nequaquam ſancta contingere, Lex diuina permiſit:* Leuit. 21. *quantò magis doni cœleſtis diſpenſatores eſſe non conuenit (quod eſt deterius) mente percuſſos?* Item. Innocentius Papa Primus, Fœlici Epiſcopo Nuceriano. Epiſtolâ. 4. cap. 4. *Gratianus ad thema reuertitur. Innocentius hic Ioannis Chryſoſtomi propugnator maximus, aduerſus Eudoxiam* Imperatoris *Arcadij coniugem inglorioſiſsimam, Chriſti an.* 410.

Qui Laici coniuges ad clericatum poſſunt aſſumi.

L*Aici, qui habentes vxores baptizati ſunt, ac ſic ſe inſtituerunt, vt in nullo, eorum opinio vacillet, aut Clericis iuncti ſunt, aut monaſteriis, ex quo Baptizati ſunt, adhæſerunt: ſi non Concubinam, ſi non Pellicem nouerint, ſi in bonis operibus vigilauerint: non prohibentur huiuſmodi ad Clericatus ſortem aſſumi.* *Gratianus hoc Innocentij, De concubinæ obſtaculo, decretum impugnat, authoritate contrariâ Gregorij. Neque diſſoluit hic, ſed in Diſtinctione ſequenti. Gratianus.* CAETERVM, ante ſuſceptum ſacrum Ordinem, quoſdam legimus concubinam habuiſſe, quos tamen ſacri Canones non reiiciunt, ſi poſt ſacrum Ordinem ab eius commixtione ſeſe immaculatos cuſtodiunt. Vnde Gregorius, Andreæ Tarentino Epiſcopo, Epiſt. 44. lib. 2. ſiue cap. 83.

Poſt ordinem ſuſceptum, Concubinatus reus Epiſcopus non debet in ordine manere.

H*Abuiſſe te concubinam manifeſtâ veritate comperimus, & te illius criminis participationem habere: de qua etiam contraria eſt quibuſdam innata ſuſpicio. Sed quia in ambiguis rebus abſolutum nõ debet eſſe iudicium:*

hoc tuæ conſcientiæ committendum eligimus: qua de re, ſi in ſacro Ordine conſtitutum, eius te recolis permixtione maculatum, Sacerdotij honore depoſito, ad miniſtrandum nullo modo præſumas accedere, ſciturus in animæ tuæ periculo te miniſtrare: & Deo noſtro te ſine dubio reddere rationem, ſi huius ſceleris conſcius in eo, quo es, Ordine, celans veritatem, permanere volueris.

DISTINCTIO XXXIIII.

Suſpecta quarúmque mulierũ cõtubernia, ſunt ab Eccleſiaſticis vitãda: quibus & omnis cõcubitus illicitus eſt.

Gratianus. DOMESTICARVM quoque perſonarum immoderatam familiaritatem Epiſcopum vitare oportet.

Vnde Nicolaus Papa ad Adaluuinum Archiepiſcopum. De Nicolao diximus 32. *diſt. & 27. Pars prior Canonis Themati non congruit.*

Venator Epiſcopus, Aut fœminis, etiam ſibi ſanguine proximis, nimiùm familiaris, niſi monitus deſiſtat, officio, gradúque ſuo remouetur.

QVorundam relatione fidelium noſtris auribus intimatum eſt, quòd Lanfredus Epiſcopus (qui & Iuuenis dicitur) venationi ſit deditus. quod vitium plurimos etiam de Clericali catalogo, genere duntaxat Germanos & Gallos, irreuerentes implicat. Verùm iſte (ſi ita eſt, vt audiuimus) meritò Iuuenis dicitur: quia Iuuenilibus deſideriis occupatus, nullâ grauitate conſtringitur: nam (vt beatus dicit Hieronymus) Venatorem nunquam legimus ſanctum. Nihilominus autem de hoc Epiſcopo relatum eſt Apoſtolatui noſtro, quòd cum quadam filia ſua immoderatam teneat familiaritatem: & ob id mala fama ei orta ſit. Pro qua re à ſanctitate tua, cæteríſque Coëpiſcopis ſuis admonitus atque correptus eſt, ſed nullatenus emendatus: quæ res in hoc maximè diſplicet, & magis ac magis deteriorem de ſe reddit opinionem: in

quo

Digitized by Google

quo beatitudini tuæ, & cæterorum Coëpiſcoporum ſuorum rationibus non obedit, & per inobedientiam in culpam protoplaſti relabitur. Oportet ergo fraternitatem tuã Synodale cum Epiſcopis, & Suffraganeis tuis conuocare Concilium: & hunc ſalutaribus eloquiis Epiſcopum conuenire, atque illi paſtorali authoritate præcipere, quatenus ab omnium beſtiarum, vel volucrum venatione penitus alienus exiſtat: atque ab immoderata filiæ ſuæ familiaritate ſemet omnino coerceat. Quòd ſi parere contempſerit, & tam pro venationis delectatione, quàm pro immoderata filiæ ſuæ conuerſatione vitanda, vobis admonentibus obedire diſtulerit, à veſtro collegio excommunicatus abſcedat. Quòd ſi in hoc contumax adhuc apparuerit, à miniſterio ceſſare debebit. Ex Concilio Aurelian. 4. *Aurelianenſia quinque habemus antiqua Concilia: quorum poſtremum, circiter annum Chriſti 550. Childeberto Rege, conuenit. In nullo nos legimus, quod hic Gratianus (poſt Iuonem tamen, cap. 1. De vita Cleric. lib. 3.) inde ſcribit deſumptum. Sed hoc in Agathenſi Concilio fuit à Gallicis patribus ſtatutum, cap. Concilij 55. cuius capitis verba hic referuntur. Alaricus Rex Gothicus tunc occupabat Galliam Narbonenſem, circiter annos Do. 440. Ibi Agatha ciuitas. Nunc, Ada.*

Hieraticis Hieraces, & omnis omnino venatus, interdicuntur.

EPiſcopum, Preſbyterum, aut Diaconum, canes ad venandum, aut accipitres, aut huiuſmodi res habere non licet. Quòd ſi quis talium perſonarum in hac voluptate ſæpiùs detectus fuerit, ſi Epiſcopus eſt, tribus menſibus à communione ſuſpendatur: ſi Presbyter, duobus menſibus abſtineat. Diaconus verò ab omni officio, & communione ſuſpendatur. Item.—— *Qui ſequitur Canon, fuit æditus in Synodo quadam Francica, dum filij Principis Martelli Carlomanus & Pipinus breuis, Auſtraſiæ, Franciæque ſuæ in illis partibus imperabant. Apoſtolicã Papæ Zachariæ iuſſione tum conuenerunt Epiſcopi Francorum, Sancto Bonifacio præſide. Incarnationis Do. anno 742. Sed hæc duo ſunt & πάρεργα, & παλαιά.*

O *Mnibus ſeruis Domini, Venationes, & Syluaticas vagationes cum canibus, & vt Accipitres aut Falcones habeant, interdicimus.* *Gratianus de concubinatu quæſtione n moturus, Sitne licitus? Eam prius, adhibitâ diſtinctione, ſoluit, inquiens* ——— *Gratianus.* CONCVBINA autem hic intelligitur, quæ, ceſſantibus legalibus inſtrumentis, vnita eſt, & coniugali affectu aſciſcitur. Hanc, Coniugem facit affectus, Concubinam verò Lex nominat. De hac dicitur in Concilio Toletano primo. *Cap.17. Habitum Concilium, Stilicone, & Aureliano Coſ. hoc eſt, Anno Do. 402. Tum Syricius Eccleſiam procurabat. Canonis verba ſic habent.* ———

Concubina vicem legitimæ tenet vxoris.

Vxor & Cõcubina.

S *I quis habens uxorem Fidelis, habeat & Concubinam, Non communicet. Cæterùm, Is, qui non habet Vxorem, & pro Vxore Concubinam habet: à communione non repellatur: tamen vt vnius mulieris, aut Vxoris, aut Concubinæ ſit coniunctione contentus.* Item. Iſidorus De diſtantia noui & veteris teſtamenti. *Sic leges in Pannomia libro 6. Tit. De Concubi.*

C *Hriſtiano, non dicam plurimas, ſed nec duas ſimul habere licitum eſt: Niſi vnam tantùm, aut Vxorem, aut certè loco Vxoris (ſi coniunx deeſt) Concubinam.* ——

Certè hic videntur permittere Concubinatum. Producitur Auguſtinus in contrarium.

Ex dictis Auguſtini. *Leguntur iſta in Pannomiæ titulo nunc adducto. Qui verò præſentem Canonem tranſcripſerunt ex Auguſtino, fideliter hoc non egerunt, immutatis & omiſſis multis. Ab authoris tamen ſenſu non receſſerunt. Integrum videas Homiliâ 49. in lib. 50. Homiliarũ. To. 10. Digna certè ſcitu Palea. Quid eſſet παλαία nos oſtẽdebamus in Analectis, explicantes cap. 23. de verb. ſign. in antiq.*

Nulli Chriſtiano fas eſt, alij, quàm quæ propria ſit vxor, commiſceri mulieri.

Cathecumeni, Competẽtes, Fideles, Pœnitentes.

A *Vdite fratres chariſſimi, membra Chriſti, & matris Catholicæ Eccleſiæ filij. Quod dico Competentibus, audiãt Fideles: quod dico Fidelibus, audiãt Cõpetentes: quod dico Fidelibus & Cõpetentibus & Pœnitẽtibus, audiant & Catechumeni: audiant omnes, & timeãt, & nemo contẽnat: ſic ſit mihi in conſolatione veſter auditus,*

tus, ne vobis ſit in teſtimonium dolor meus. Competentibus dico, Fornicari vobis non licet: ſufficiant vobis Vxores: audiat Deus, ſi vos ſurdi eſtis: audiant Angeli, ſi vos contemnitis. Concubinas habere non licet vobis. & ſi non habetis vxores, tamen non licet vobis habere concubinas, quas poſtea dimittatis, & ducatis vxores. Tantò magis damnatio erit vobis, ſi volueritis habere Vxores & Concubinas. *Gratianus hic argutatur, Concubinatum ſolùm non officere promotioni ad Diaconatum: rigoremque Legis mollit diſpenſatione, ſic dicens.* ——

Gratianus. CAETERVM. Si non talis Concubina fuerit, & ætas illius de quo agitur, futuræ incontinentiæ ſuſpicionem auferre dignoſcitur: Apoſtolicâ conceſsione ad ordinem Diaconatus prouehi poteſt. Vnde Pelagius Papa ſcribit Florentino Epiſcopo. De Pelagiis diximus. 28. diſtinct. can. De Syracuſanæ.

Qui poſt vxoris ſuæ mortem, non abſtinuerit amicâ ſiue concubinâ, ne Diaconus quidem fieri poteſt, abſque Papæ gratia.

FRaternitatis tuæ relatione ſuſceptâ, eius latorem ſecundas quidem nuptias expertum nõ fuiſſe didicimus: caſtitatem tamen cum priori non ſeruaſſe coniugio deſignaſti. Et quamuis multa ſint, quæ in huiuſmodi caſibus obſeruari, Canonicæ iubeat ſublimitatis authoritas: tamen quia defectus noſtri temporis, quibus non ſolùm merita, ſed corpora ipſa hominum defecerunt, diſtrictionis illius non patitur manere cenſuram: & ætas illius de quo agitur, futuræ incontinentiæ ſuſpicionem auferre dignoſcitur: vt ad Diaconatus Ordinem poſſit prouehi, conceſſiſſe nos noueris. Micenam verò ancillam eius, de qua ſe, poſt vxoris tranſitum, filios habere confeſſus eſt, iubemus vt tuâ diſpoſitione, cuiquam monaſterio continentiã profeſſura tradatur. *Gratianus.* HOC Ex diſpenſatione miſericordiæ. Cæterùm, Ex rigore diſciplinæ intelligitur illud Aurelianenſis Concilij. *Iunctis pœnè temporibus, Aurelios conuenère Galli patres, & Hiſpanici Gerundam* (Gi-

rona. vulgò) Coſ. Anatolio, & Agapito. ſcilicet, Anno 510. Quare mihi veriſimile eſt Gratianum retuliſſe ad Aurelianenſe Concilium, quod fuit in Gerundenſi decretum, cap. 8. vt ſequitur.——

Non admittatur ad Clerum, qui præter vxorem cognouerit aliam.

S *I quis de Laicis, poſt vxorem ſuam, aliam cuiuſcúnque conditionis cognouerit mulierem, in Clerum nullatenus admittatur.* *Gratianus hic interpretatur vltimos duos Canones antecedentis proximæ diſtinctionis, Suámque probat aliis authoritatibus interpretationem duplicem, dicens.*—— QVOD ergo de Pellice & Meretrice apud Gregorium & Innocentium ſcribitur, Propter ſpem futuræ incontinentiæ conſtitutum eſſe creditur: quia difficilè continentiam ſeruat, qui ſe illicito concubitu maculare non metuit. Vel, Prohibetur ordinari, qui pellicem, vel meretricem cognouerit maritali affectu, vel quia corrupta florem virginitatis amiſerit, vel quia meretricari non deſinit, licet in vxorem ducatur: Vtrũque enim cuilibet impedimentum præſtat, quo minus ad Sacros Ordines pertingere valeat. Vnde. Hilarius Papa ſcribit, dicens.—— *In Synodo Romana, quam habuit Fl. Baſilico, & Herminericho Coſ. hoc eſt, Anno Chriſti 467. eſt in cap. 2. Synodi. To. 1. Concil.*

Qui virginem non duxit vxorem, ad Sacros Ordines non accedat.

† Curãdum C *Auendum † ergo in primis eſt, Ne ad Sacros Ordines (ſicut geſtis prioribus antè ſcriptum eſt) quiſquã, qui vxorem non duxit virginem, aſpiret.* Item. Gregorius vrbis Romanæ præſul Squilatino Epiſcopo lib. ſecundo Epiſtol. 25.

Digamus, vel Pœnitens, Corpore vitiatus, Literas ignorans, Curiæ vel conditioni obnoxius, non fiat Clericus.

P *Ræcipimus, Ne vnquam illicitas ordinationes facias: Nec digamum, Aut qui virginem non eſt ſortitus vxorem, Aut ignorantem literas, Vel quâlibet parte corporis vitiatum, Vel pœnitentiæ, Vel curiæ, aut cuilibet conditioni obnoxium, ad Sacros Ordines permittas accedere: ſed ſi quos huiuſmodi reperceris, non audeas promouere.* Item. In Neocæſarienſi Concilio. cap. 8. *Eſt Neocæſarea in Cappadocia. Licinio, Conſtantini collegâ, ſæuiente adhuc per Orientem, Synodus hæc habita fuit annis aliquot ante Nicænam. Suprà diximus. diſt. 28.*

Non

Non fiat Sacerdos, cuius vxorem conſtat euidenter adulterium admiſiſſe.

SI cuius vxorem adulterium commiſiſſe, quum eſſet Laicus, euidenter fuerit probatum, † hic ad miniſterium Eccleſiaſticum admitti non poteſt. Quòd ſi † in Clericatu eo iam conſtituto, adulterauit, † dato repudio dimittere eam debet. Si verò † retinere eius conſortium velit, non poteſt † ſuſcepto miniſterio perfrui. Item. Ex Concilio Martini Papæ.cap.28. Vide ſuperius diſt. 27.

† εἰς ὑπηρεσίαν ἔλθῃ. † μετὰ τὴν χειροτονίαν. † ὀφείλει ἀπολῦσαι. † ἐὰν δὲ σύζῃ † ἐγχειρισθείσης αὐτῷ ὑπηρεσίας.

SI Laici vxor in adulterio fuerit deprehenſa, hic talis ad miniſterium Eccleſiaſticum nullo modo adducatur. Si autem poſt ordinationem, alicuius Clerici vxor adulterata fuerit, dimittat eam. Si autem cum ipſa voluerit permanere, à miniſterio exiſtat alienus. *Gratianus.*
PRAEMISSIS authoritatibus, Digami, Et qui virgines non ſunt ſortiti vxores, à Sacris Ordinibus prohibentur. Sed quæritur, Si quis ante baptiſma viduam duxerit vxorem, an poſtea ſit prohibēdus à Sacris Ordinibus? De his ita ſcribit Innocentius Papa primus, Victricio Rothomagenſi Epiſcopo. Epiſt.2.cap.5.& 6. annum ſuperius annotauimus.diſt.31.can. Tenere.

Viduæ maritus nunquam debet Ordinari.

SI quis viduam (licet Laicus) duxerit vxorem, ſeu ante Baptiſmum, ſeu poſt Baptiſmum, non admittatur ad clerum: quia eodem vitio videtur excluſus. In Baptiſmate enim crimina dimittuntur, non acceptæ vxoris conſortium relaxatur. Quòd ſi non putatur vxor eſſe computanda, quæ ante Baptiſmum ducta eſt: ergo nec filij, qui ante Baptiſmum geniti ſunt, pro filiis habeantur.
Gratianus. PROHIBENTVR etiam Digami, à quolibet Ordine Clericatus: iuxta illud Ambroſij ad Vercellenſes. Epiſt. 82. lib.10. Epiſt. To.3.

Qui ſecunda coniugia ſortitur, Clericus non fiat.

COgnoſcamus non ſolùm de Epiſcopo, & Presbytero, Apoſtolum ſtatuiſſe: ſed etiam Patres in Con-

cilij Niceni tractatu addidiſſe. Clericum quemquam non debere eſſe, qui ſecunda coniugia ſit ſortitus. *Gratianus.* SIMILITER etiam Viduarum mariti, vel Ancillarum, vel Meretricũ, Clerici fieri non poſſunt. Vnde in Canonibus Apoſtolorum legitur. Can 18.

Saltatricem, vel Viduam, vel Eiectam, vel Ancillam, vel Impudicam ducens vxorem, non debet ordinari.

SI quis Viduam, vel Eiectam acceperit, aut Meretricem, aut Ancillam, vel aliquam de his quæ publicis mancipantur ſpectaculis: non poteſt eſſe Epiſcopus, aut Preſbyter, aut Diaconus, aut ex numero eorum, qui miniſterio Sacro deſeruiunt. *Gratianus.* QVAE autem ſit Vidua, quæ Eiecta, vel Meretrix, Hieronymus ad Fabiolam. De veſte *Sacerdotali* oſtendit, dicens. To.3.

VIdua eſt, cuius maritus mortuus eſt. Eiecta eſt, quæ à marito viuente eiicitur. Meretrix, quæ multorum libidini patet. *Gratianus.* SED poſtea, temporum defectui condeſcendens Papa Martinus, in minoribus Ordinibus eos conſtitui permiſit, non tamen regulam præfigendo, Dicens. cap. 44.

Regradatur Hypodiaconus nuptias ſecundas iniens, Ergo non vbique Matrimoniis abſtinebant Hypodiaconi.

SI Subdiaconus ſecundam vxorem duxerit, inter Lectores, vel Oſtiarios habeatur: ita vt Apoſtolum non legat. *Gratianus.* NECESSITATE tamen exigente, Digamus vſque ad Subdiaconatum poteſt promoueri.

Vnde Martinus Papa ait. cap,43. *Ex hac pſeudepigraphe, quæ Canones iſtos adſcribit Martino Papæ, naſcitur erroris plena quæſtio. Nunquid Papa cum Digamis diſpenſare poteſt? De Martino ſuperius annotata vide in can.1.diſt.27.can.Si qua vidua 28. diſt.*

LEctor, ſi viduam alterius vxorem acceperit, in Lectoratu permaneat: Aut ſi neceſſitas fuerit, Subdiaconus fiat: nihil autem ſuprà. Similiter ſi Digamus fuerit. *Gratianus.* QVIBVS autem propria coniugia prohibentur, interdicitur etiam nuptialibus conuiuiis intereſſe. Vnde. In Agathenſi Concilio, cap.39.legitur.

Laſciuiis

Digitized by Google

119

Laſciuiis nuptialibus, Iocíſve theatralibus ſuos nec oculos, nec aures prophanare debent Sacri Domini Dei noſtri Ieſu Sacerdotes.

PReſbyteri, Diaconi, Subdiaconi, vel deinceps, quibus ducendi vxores licentia modò non eſt, etiam aliarum nuptiarum euitent conuiuia: nec his cœtibus miſceantur, vbi amatoria cantantur, & turpia, aut obſcœni motus corporum choreis & ſaltationibus efferuntur: ne auditus & obtuitus Sacris myſteriis deputati, turpium ſpectaculorum atque verborum contagione polluantur. *Digna ſcitu quæſtio definitur hic. Quòd, Non omnis illa mulier eſt vidua, cuius vir obierit. Gratianus.* VIDVA verò eſt intelligenda, Si poſt ſolenne fœdus nuptiarum, morte interueniente, à viro ſuo diuiſa fuerit. Cæterùm, ſi antequam conueniant, fatali neceſsitate ab alterutro diuiſi fuerint: licet ex ſponſalibus Vxor ſit appellata, non tamen poſt mortem ſponſi, etiamſi in propria ſit ducta, & etiam cum eo velata, Vidua appellatur: nec ex eius copula à Sacris Ordinibus aliquis prohibetur. Vnde Pelagius Papa ſcribit:

Concubitus, non conſenſus facit Digamiam.

VAlentino Clerico, cui mulier cum alio antè velata, non tamen illi nupta, ſed virgo permanens, poſt mortem eius, cum quo velata fuerat ſponſa, coniugali eſt copulâ ſociata: quia iterum velamen accepit, nullum in promouendo generatur obſtaculum: quia nihil eſt (quantum ad hunc articulum pertinet) quod ei de Canonicis obuiet inſtitutis. *Hactenus Gratianus de Sacerdotum coniugiis. Exponens illud Apoſtoli.* ——— *Oportet Epiſcopum eſſe vnius vxoris virum. Sequitur, & Sobrium. de quo in diſt. ſequenti.*

DISTINCTIO XXXV.

Tertium, quod viſitur in Speculo. ———

ΔΕῚ ΤῸΝ ΠΡΕΣΒΎΤΕΡΟΝ ΕἾΝΑΙ ΝΙΦΆΛΙΟΝ.

Sobrij ſint, & Vigilantes Eccleſiaſtici. Chryſoſtomus περὶ ἱερωσύνης, Hæc duo iunxit idem notantia. Νηφάλιον εἶναι δεῖ τὸν ἱερέα, καὶ διορατικόν. Νηφάλιος quippe vtrúmque ſignificat, & Abſtemium, & Vigilantem. Sermo de omnibus eſt.

K

Digitized by Google

Gratianus A QVIBVS Ordinibus Digami prohibeantur: & vtrum reputentur Digami, qui ante Baptiſmum habuerunt vnam, & poſt Baptiſmũ habuerunt alteram: & an conſtitutis in Sacris Ordinibus liceat vxores ſortiri, multorum authoritatibus breuiter monſtratum eſt. Sequitur autem in deſcriptione illa Apoſtolica: Vt ſit ſobrius, qui Ordinandus eſt, non vinolentus: quod ex authoritate veteris teſtamenti introductum eſt: Miniſtri enim tem-
Leuit. 10.b. pli prohibentur vinum, & ſiceram bibere, Ne ebrietate grauētur corda eorum, vt ſenſus eorum vigeat ſemper, & tenuis ſit: vel, Quia venter mero æſtuans fa-
Gene. 9. & 19.c. cilè deſpumat in libidinem. Vnde Noe in ebrietate nudauit fœmora. Loth autem, quem Sodoma non vicit, vina vicerunt. Quòd autem Vinolentus eſſe prohibetur: non ſemel, ſed frequenter vino repletus debet intelligi. Hinc etiam in Canonibus Apoſtolorum legitur, Cano. 42. & 43.

Ebrioſus, aut Aleator Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, gradu ſuo mouetur, ni deſiſtat. Reliqui excommunicantur.

EPiſcopus, aut Preſbyter, aut Diaconus, aleæ vel
† ἢ καθαιρείσθω. *ebrietati deſeruiens, aut deſinat, † aut certè damnetur. Subdiaconus, aut Lector, aut Cantor ſimilia faciēs: aut deſinat, aut communione priuetur. Similiter & Laicus.* Item. Hieronymus, lib. 1. contra Iouinianum.

Eſus carnium, Vinique potus poſt diluuium conceſſus, poſt Chriſtum derelictus.

AB exordio conditionis humanę, nec carnibus veſcebamur, nec dabamus repudium, nec præputia nobis eripiebantur in ſignum. Hoc curſu vſque ad diluuium
Deut. 24. Gen. 17.b *peruenimus. Poſt diluuium autem cum datione legis, quam implere nullus potuit, carnes ingeſtæ ſunt ad veſcēdum: & repudia conceſſa duritiæ: & cultellus circuncisionis appoſitus: quaſi, Dei manus plus in nobis creauerit, quàm neceſſe eſt. Poſtquàm autem Chriſtus venit in fine temporum, & Ω, reuoluit ad Α: &, extremitatem retraxit ad principium: nec repudium nobis dare permittitur, nec circuncidimur, nec comedimus carnes, dicente*
Rom. 14. *Apoſtolo: Bonum eſt vinum non bibere, & carnes non comedere: Vinum enim cum carnibus poſt diluuium dedicatum*

Digitized by Google

dicatum eſt. Idem. Aduerſus eundem Iouinianum lib.2.ex cap.20. Prouerb.

Alienum eſt à Sapiente, potationibus & ebrietatibus vacare.

LVxurioſa res eſt Vinum, & contumelioſa Ebrietas: omnis qui cum his miſcetur, non erit Sapiens.

Hic erat adponendum, quod ſtatim ſequitur in Hieronymo, congruitque propoſito.——

NE tales accipiamus cibos, quos, aut difficulter digerere, aut comeſos, magno partos & perditos labore doleamus. Idem. To. 6. Micheæ Prophetiam explicans ita vaticinantis cap.2. Duces populi mei proiicientur de domibus deliciarum ſuarum. Propter malas adinuentiones ſuas eiecti ſunt.

Ignominioſum eſt Sacerdoti affluere deliciis, epulis, atque laſciuiis.

ECcleſiæ principes, qui deliciis affluunt, & inter epulas átque laſciuias, pudicitiã ſeruare ſe credunt, Propheticus ſermo deſcribit: Quòd eiiciendi ſunt de ſpatioſis domibus, lautíſque conuiuiis, & multo labore epulis conquiſitis. Et ſi vis ſcire, quò eiiciendi ſunt propter malas cogitationes; & opera ſua, Euangelium lege: In tenebras, ſcilicet, exteriores, vbi erit fletus, & ſtridor dentium. An non cõfuſio & ignominia eſt, Ieſum crucifixum, magiſtrũ, pauperem & eſurientem, fartis prædicare corporibus? Et ieiuniorum doctrinam, rubentes buccas, tumentiáque ora proferre? Si in Apoſtolorum loco ſumus, non ſolùm ſermonem eorum imitemur, ſed etiam conuerſationem & abſtinentiam. Mat. 8.b. *Debuit huc ex Hieronymo totus ille tranſcribi locus, Apoſcopos æui noſtri graphicè deſcribens. Vltima dutaxat adiiciam verba.* ——— Chriſti Sacerdotes, qui pudore & verecundiâ non tenentur, Agant pœnitentiam ſaltem comminatione pœnarum.——— Idem, Paulò antè finem Epiſtolæ ad Oceanum.

Vbi ebrietas, ibi libido, atque furor, ac mors tandem dominatur.

Digitized by Google

VEnter mero æſtuans citò deſpumat in libidines. In vino enim, Luxuria eſt. In Luxuria, Voluptas. In Voluptate, Impudicitia. Qui Luxuriatur, Viuens mortuus eſt: Ergo, Qui inebriatur, & mortuus, & ſepultus eſt. Idem, Scribens ad Nepotianum De vita Clericorum. To. 1.

Leuit. 10. Num. 6

VInolentos Sacerdotes & Apoſtolus damnat, & Lex vetus prohibet. Qui altario ſeruiunt, Vinum & Siceram non bibant. Sicera, Hebræo ſermone, omnis potio nuncupantur, quæ inebriare poteſt. Quicquid inebriat, & ſtatum mentis euertit, fuge ſimiliter, Vt vinum.

Chriſti quóque virginibus, & Nonnis interdictũ vinũ. Ad Euſtochium. De cuſtod. virgi.

§ *Si quid in me poteſt eſſe conſilij, Si experto creditur, Hoc primum moneo, Hoc obteſtor: Vt ſponſa Chriſti Vinum fugiat pro veneno. Vinum, & Adoleſcentia, duplex incendium voluptatis.* *Hæc Paleis annumerant.*

Item. Proſper. lib. 2. De vita contemplatiua. cap. 22. *Hic fuit Aqultanus: à ſecretis Leonis Papæ. 1. circiter an. Do. 450. Auguſtini ſtudioſiſſimus. Interfuit Concilio Calchedonenſi. Et vitâ ſanctiſſimus, & doctrinâ.*

Epheſ. 5.

DE vino percipiendo ſanctus Apoſtolus certam fixit regulam, dicens: Nolite inebriari vino, in quo eſt Luxuria. quaſi diceret: Luxuriam facit, & nutrit Vini perceptio nimia, non natura. Item. Ambroſius in ſermone de Helia, & Ieiunio: qui ita incipit, Diuinum ad patrem reſultat oraculum. ca. 4. & 5. *Multa hic interſecta ſunt, quæ melius fuiſſet continuaſſe.*

In Paradiſo, Abſtinentia: poſt Paradiſum, Edendi laſciuia incœpit.

SExto die beſtiæ ſunt creatæ: & cum beſtiis orta eſt edendi poteſtas, & vſus eſcarum: vbi cibus cœpit, ibi finis factus eſt mundi. Vbi cœpit ſua incrementa neſcire, ibi

Digitized by Google

ibi cœperunt diuina opera circa eum feriari: quo indicio declaratum eſt, quòd per cibos mundus haberet imminui, per quos deſiit augeri. Et infrà.——

§ *Vt ſciamus nouum non eſſe Ieiunium, Primam illic legem conſtituit de Ieiunio.* Et infrà.——

§ *Eouſque nemo præuaricari nouerat: quum adhuc orta non eſſet, quæ prima eſt Præuaricatio. Indictum eſt Ieiunium: Abſtinentiæ Lex, à Domino Deo: Præuaricatio Legis à Diabolo: Culpa per cibum: Latebra poſt cibum: Cognitio infirmatis in cibo: Firmitatis virtus in Ieiunio: Serpens gulæ perſuadet, Dominus Ieiunare decernit. Itaque, gula à Paradiſo regnantem expulit: Abſtinentia ad Paradiſum reuocauit errantem.* Et infrà ca. 5.——

Quid non Ebrietas deſignat?

§ *In principio generis humani ignorabatur Ebrietas: primus Noé vineam plantauit, dedit naturam, ſed ignorauit potentiam. Itáque, Vinum nec ſuo pepercit authori: Sed illius Ebrietas nobis ſuadet ſobrietatem. Semel enim inebriatus eſt Noé. Vbi autem malũ Ebrietatis agnouit, inuentum ſuum ad remedium temperauit, non effudit ad vitium. Manebat, antequam vinum inueniretur, omnibus inconcuſſa libertas: nemo ſciebat à conſorte naturæ ſuæ obſequia ſeruitutis exigere. Non eſſet hodie ſeruitus, ſi Ebrietas non fuiſſet. Obrepſerat quidem iam fraternæ prælationis inuidia, manebat tamen adhuc paternæ pietatis reuerentia. Læſa eſt pietas, dum irridetur Ebrietas. Non illis itáque ſolis nocent vina, quos tentant, ſed & illis ampliùs, quorum oculis temulenta Ebriorum membra nudantur.* Et infrà.

Digitized by Google

Gen. 19. g. § *Legimus etiam quòd Patrem Loth inebriauerunt filiæ in monte, ad quem timentes incendium Sodomitarum confugerant: & habitabant in ſpelunca. Fuit itaque Ebrietas origo inceſti: Peſſimæ regeneratricis partus deterior.* Gen. 18. a. *At, non Abraham vina in ſuo conuiuio miniſtrabat: ſed immolabat Vitulum: Butyrum, & Lac etiam angelis hoſpitibus exhibebat. Rectè enim illic deerat materia peccati, vbi erat remiſſio peccatorum. Denique, an-* Matt. 11. c. *nuntiauit Dominum Ioannes neque manducans panem, neque bibens vinum. Qui enim Chriſtum annuntiat, ab omni vitiorum incentiuo præſtare ſe debet alienum.*

Item. Ex Concilio Agathenſi, cap. 41. *Tum Sixtus 3. Romæ Pontificatum gerebat.*

Triginta diebus à communione abſtineat Clericus, quem conſtiterit Ebrium fuiſſe.

A*Nte omnia, Clericis vetatur Ebrietas, quæ omnium vitiorum fomes ac nutrix eſt. Itáque, eum quem Ebrium fuiſſe conſtiterit (vt ordo patitur) Aut triginta dierum ſpatio à communione ſubmoueatur: Aut corporali ſubdatur ſupplicio.* Intelligimus hinc, *quàm ſit turpe Clericis diffluere Luxuriâ, & delicatè ac molliter viuere: quámque ſit his honeſtum, imò neceſſarium, parcè, continenter, ſeuerè, ſobriè: ſed & prudenter omnibus in rebus ſeſe gerere: prout ſequitur (quod Quartum eſt) in Apoſtolico* Speculo.

DISTINCTIO XXXVI.

ΔΕῖ ΣΏΦΡΟΝΑ ΕἾΝΑΙ. – Id eſt. —

Eccleſiaſtici, Sophrones ſunto. Vox hæc vna Græca duabus illis reſpondet Latinis, quas interpres noſter poſuit, Prudentem, pudicum. *Gratianus.* OPORTET Ordinandum eſſe Prudentem.

H*Oc excludit eos, qui ſub nomine ſimplicitatis excuſant ſtultitiam Sacerdotum: Niſi enim cerebrum ſanum*

ſanum fuerit, omnia membra in vitio erunt. *Hæc Hieronymus ad Oceanum.*

Prudens eſt, qui ſuâ intelligentiâ aliquid cognoſcit, id eſt, Sciens & doctus. Prudens eſt etiam, qui res bonas atque malas, fugiendas & expetendas, agendas & omittendas intelligit. Vtrunque prudentiæ genus ab Eccleſiaſticis exigit Gratianus inquiens. ——
PRVDENTEM autem Epiſcopum oportet intelligi, Non ſolùm literarum peritiâ, Verumetiam, Secularium negotiorum diſpenſatione. Vnde in Epiſtola Gelaſii Papæ legitur: quam ſuperiùs annotauimus, diſtinct. 33. Eſt in cap. 18. illius Epiſtolæ.

Illiterati, & corpore vitiati non promoueantur ad Clerum.

ILliteratos, aut aliquâ parte corporis imminutos nullus præſumat ad Clericatus Ordinem promouere: quia literis carens, Sacris non poteſt eſſe aptus officiis. Et vitioſum nihil prorſus offerri Deo Legalia præcepta ſanxerũt.
Item. Sozimus Papa. *Sedit vnum duntaxat annum, duóſque menſes. A Gallis, & Hiſpanis, & Aphris Patribus interrogatus antea reſponderat id, quod Heſychio Salonitano Epiſcopo (Dalmatiæ ciuitas eſt) ſe pariter conſulenti poſtea reſcripſit. Inter alia, De non Ordinandis ineruditis & indoctis. Habes Epiſtolam, Tomo Conciliorum primo, ſcriptam, Honorio. 12. & Theodoſio Iuniore. 8. Auguſtis Coſſ. hoc eſt, Anno Do. 421.*

Sacerdos aſſumatur nemo, qui non & Literis, & Eccleſiæ ſtipendiis antè meruerit.

QVi diſciplinis Eccleſiaſticis per ordinem non eſt imbutus: & tẽporis approbatione, diuinis ſtipendiis non eſt eruditus: nequaquam ad ſummum Eccleſiæ Sacerdotium aſpitare præſumat. Et non ſolùm in eo Ambitio inefficax habeatur, verumetiam Ordinatores eius careant eo ordine, quem contra præcepta Patrum crediderunt præſumendum. *Gratianus hic multas adducit è Scriptura ſententias, quibus oſtendit Epiſcopos, non alicuius falſi nominis ſcientiæ, Sed illius tantùm, per quam redditur homo ad omne opus bonum inſtructus (Sacræ, videlicet) eſſe peritos debere. Deprompſit hæc omnia variis ex locis Gregoriani Paſtoralis. Horum duo prima comperies in capite 2. & vltimo ſecundæ partis illius libri.* Ecce (inquit Gratianus) quòd Sacrarum literarum oportet Epiſcopum habere peritiam. Vnde——

Antè diſcas, quàm doceas.

IN veteri teſtamento, inter cætera ornamenta, Pontifex Rationale ferebat in pectore, in quo ſcribebatur

Digitized by Google

† Vrin, & Thummim. *tur† Manifeſtatio & Veritas: quia in pectore Pontifi-*
Septuag. Δήλωσις, καὶ ἀλήθεια. *cis manifeſta debet eſſe cognitio veritatis. Hinc etiam*
Exo. 28. c. Exo. 25. b. *Vectes, quibus Arca portabatur, iugiter annulis erant*
inſerti: vt quum Arca eſſet portanda, nulla eſſet, vel fieret
mora de intromittendis vectibus: quia Prædicatores, per
quos Eccleſia circunfertur, Sacris literis ſemper debent
inſiſtere: ne tunc quærant diſcere, quum ex officio alios
2. Reg. 2. a. *debeant docere. Hinc etiam, Dauid prius ex gratia*
Spiritus Sancti, donũ Scientiæ percepit: & poſtea admi-
3. Reg. 3. a. 2. Para. 1. b. *niſtrationem regni aſſecutus eſt. Salomon quóque non*
diuitias, non longa tempora huius vitæ, ſed Sapientiam à
Deo expetiit, & impetrauit. Hinc etiam Dominus
Hiere. 1. b. *prius poſuit verba ſua in ore Prophetæ: & poſtea conſti-*
tuit eum ſuper gentes & regna, dicens ad Hieremiã: Ecce
dedi verba mea in ore tuo: ecce conſtitui te ſuper gentes
Malach. 2. b *& regna. Hinc etiam, Malachias: Labia Sacerdotis*
cuſtodiunt Scientiam, & Legem exquirunt de ore eius:
quia angelus Domini exercituum eſt. Hinc etiam,
Luc. 2. g. *Idem Saluator noſter prius in medio Doctorum ſedit au-*
diens illos & interrogans: & poſtea prædicare cœpit. quia
priùs quíſque diſcere, & poſtea prædicandi officium vſur-
pare debet. Hinc etiam, Salomon ait prius, Tempus
Eccleſ. 3. b *tacendi: & poſtea, Tempus loquendi. quia Veritas, prius*
tacendo, diſcitur, & poſtea loquendo, prædicatur.
Apoc. 22. d. *Hinc idẽ Dominus ait: Qui audit, dicat, Veni. Hinc*
Mat. 10. Luc. vlt. *etiam, Priùs Apoſtolos docuit: deinde eos ad prædican-*
dum miſit, dicens: Eſtote prudentes ſicut ſerpentes, & ſim-
plices ſicut columbæ. Sic etiam poſt reſurrectionem, Priùs
illis ſenſum aperuit, & ſcripturas explanauit, & poſtea
dixit

Digitized by Google

dixit eis— Euntes in mundum vniuerſum, prædicate. Mat vlt.
Vnde, Quum de quinque panibus quinque milia hominum vellet reſicere, Prius panes accipiens fregit: & poſtea, Diſcipulis dedit: & per eos demum turbis appoſuit: quia Sacramenta legis & Prophetarum priùs diſſerendo expoſuit, & poſtea eorum Scientiã diſcipulis dedit: & per eos tandem illã fidelibus diſpenſauit. Hinc Petrus etiam cùm rectoribus Eccleſiæ ſcriberet, ait: Parati eſſe debetis reddere rationem omni poſcenti vos ſatisfactionem de ea fide & ſpe, quæ in vobis eſt. Hinc etiam Paulus ſcribens ad Timotheum, ait: Attende lectioni, & exhortationi, & doctrinæ. *Gratianus.* EX quibus omnibus liquidò colligitur, quòd non ſufficit prælatis bona conuerſatio, & morum honeſtas, niſi addatur Scientia doctrinæ.

Mat.14.b. 1.Petr.3. 1. Tim.4.d.

§ *Vnde, Sacerdotes ingreſſuri templum tabernaculi, Priùs lauabantur in labio æneo, quod fecerat Moyſes ex ſpeculis mulierum. Hinc etiam, In Canticis Canticorum, Oculi (per quos Prælati Eccleſiæ intelliguntur) aſſimilantur columbis, quę reſident iuxta fluenta pleniſſima.* Exod. 38. Cant.5.

Hinc etiam, Hieronymus in Leuiticum. *Origenis in Geneſin, in Exodum, in Leuiticum, in Numeros, homilias quas Latinè verſas, Gennadius Ruffino tribuit, Hieronymo, Gratianus, & alij multi perperam tribuerunt: Hieronymíque nomine citârunt. vt hic videmus, quod habetur in homiliæ ſextæ fine. Leuiti. octauo cap. Clarus erat Origenes anno Do.200. Si cui vacaret Apoſcoporum regiorum, canibus & Damis auferre, quod edendo Græcè (quando non vacant intelligendo) conferret Origeni, nomen hic apud ſtudioſos iam fortaſſe mereretur Epiſcopi.*

Sacerdotis eſt ſcientiam Legis habere: neque Bellis, ſed Orationibus vacare.

SI *quis vult Pontifex eſſe, non tam vocabulo, quàm merito, imitetur Moyſen, imitetur Aaron. quid enim dicitur de eis? quòd non diſcedũt de tabernaculo Domini: erat ergo Moyſes indeſinenter in tabernaculo Domini. Quid autem ei opus erat? Vt, aut à Deo aliquid diſceret:*

Digitized by Google

aut ipſe populum doceret. Hæc duo ſunt Pontificis opera, vt, aut à Deo diſcat (legẽdo ſcripturas diuinas, & ſæpiùs meditando) Aut populum doceat. Sed illa doceat, quæ à Deo ipſe didicerit, non ex proprio corde, vel humano ſenſu, ſed quæ Spiritus ſanctus docet. Eſt & aliud opus quod fecit Moyſes: ad bella non vadit, non pugnat contra inimicos. Sed quid facit? Orat: & donec orat, vincit

Exod. 17.c. *populus eius: ſi relaxauerit & demiſerit manus, Populus eius vincitur & fugatur. Oret ergo Sacerdos Eccleſiæ indeſinenter, vt vincat populus, qui ſub ipſo eſt, hoſtes inuiſibiles Amalechitas: qui ſunt Dæmones impugnantes eos, qui volunt piè viuere in Chriſto.* *Epiſcopus igitur, & omnis Sacerdos Sacri diuiníque Iuris eſſe debet, ac eſſe iubetur, prudens. Hoc indubitatum relinquitur. Atqui, Fas ne eſt? Licet ne diſciplinas alias (quæ tam multæ ſunt, & vtiles pleræque proximis) addiſcere? Superuacanea noſtris Apoſcopis diſputatio: quæ tamen hic proponitur.* Neoptolemi *neſcio cuius Enniani reſponſio mihi perplacet hac in re.* ——

Philoſophandum eſt paucis. Nam, Omnino: haud placet. Sic etiam Grammaticandum, Dialecticandum, Rhetoricandum puto. *Sed in hanc, & in illam modò partem, pro more ſuo ſeſe voluentem* Gratianum *videamus.*

DISTINCTIO XXXVII.

A cœleſtib⁹ ad Terreſtria ſe pro neceſsitate quandóque vertant Eccleſiaſtici.

Gratianus. SED quæritur, An ſecularibus literis oporteat eos eſſe eruditos. De his ita ſcribitur in Concilio Carthaginenſi quarto. cap. 16.

Quum ſuprà de Diaconis loqueremur, huiuſce Concilij nequaquam Græcè verſi meminimus.

Hæreticos diligenter, Ethnicos verò libros non legat Epiſcopus.

E*Piſcopus gentilium libros non legat: Hæreticorum autem perlegat, pro neceſſitate, aut tempore.* Item. Hieronymus ad Damaſum Papam, De filio Prodigo, & frugi. Epiſt. Beatitudinis tuæ. In Lucæ cap. 17. To.3.

Reprehenduntur Sacerdotes qui omiſſis Euangeliis comœdias legunt.

S*Acerdotes Dei, omiſſis Euangeliis & Prophetis, videmus Comœdias legere: amatoria Bucolicorum verſuum*

ſuum verba cãtare: tenere Virgiliũ: Et, quod in pueris neceßitatis eſt, crimen in ſe facere voluptatis. Idem. In cap. 4. ad Epheſ. To 9.

Vani ſenſu, obſcuri mente ſunt, qui ſecularibus, aut diſciplinis, aut negociis occupantur.

N*Onne vobis videtur in vanitate ſenſus, & obſcuritate mentis ingredi, qui diebus ac noctibus in Dialectica arte torquetur? qui Phyſicus perſcrutator oculos trans cælum leuat? & vltra profundum terrarum, & abyßi, quoddam inane demergit? qui Iambum ſtruit? qui tantam metrorũ ſyluã in ſuo ſtudioſus corde diſtinguit & cõgerit?* *Hieronymus, hæc explicans Apoſtoli verba. d. cap. 4.* Conteſtor in Domino, *Vt non ampliùs ambuletis, ſicut & gentes ambulant, in vanitate ſenſus ſui obſcurati mente, ſic, ait.*—

V*Anitas ſenſus, & mentis obſcuritas bifariam diuiditur: In Seculi huius negocia, & in Sapientiam ſecularem: quando, aut in his, quæ mũdi huius ſunt, & citò tranſeunt detinemur: Aut non profutura cognoſcimus.* *Hæc addẽda fuerãt, vt intelligeremus, de qua altera parte loqueretur hic Hieronymus, inquiẽs.*—

§ *Et (vt ad alteram partem tranſeam) Qui diuitias per fas & nefas quærit? qui adulatur Regibus? hæreditates captat alienas? & opes cõgregat, quas in momento, cui ſit relicturus, ignorat?* Idem. In Eſaiæ cap. 28. Exponens illud——— Sacerdos & Propheta neſcierunt: Præ Ebrietate abſorpti ſunt à Vino: Errauerunt in Ebrietate. To. 5.

Sacra ſcriptura nominatur Vinum. Reliquæ diſciplinæ ſunt, vt Sicera. Quibus quiſquis abutitur, vt Ebrius Vino, vel Sicerâ damnatur.

V*Ino inebriantur, quando ſcripturas Sacras malè intelligunt, atque peruertũt: Sicerâ, quando abutuntur ſeculari Sapientiâ; & Dialecticorum tendiculis: Quæ non tam vincula ſunt appellanda, quàm φάσματα, id eſt vm-*

Digitized by Google

bræ quædam & imagines, quæ citò pereunt & ſoluuntur.

Idem In illud Hieremiæ, Non vos ſeducant Prophetæ veſtri, & diuini veſtri. cap. 29. eodem To.

Scripturæ falſus interpres, ψευδοπροφήτης eſt. Ac μάντις eſt, qui non ex eadem, prædicit futura.

§ *Secundum Tropologiam: Pſeudoprophetas, eos debemus accipere, qui aliter ſcripturarum verba accipiũt, quàm Spiritus Sanctus ſonat: & Diuinos, eos qui coniecturam mentis ſuæ, & incerta futurorum, quaſi vera, pronuntiant, abſque diuinorum authoritate verborum.*

Idem. Hieremiæ vaticinium interpretans——Non dicent vltra, Patres comederunt vuam acerbam: & dentes filiorum obſtupeſcent. cap. 31.

Vuæ comeſtores acerbæ ſunt Hæretici.

QVicunque ſcripturas non ita intelligit, vt rei veritas habet, Vuam acerbam comedit. Vnde, Omnes Hæretici peruerſa credentes, Panem de cœlo deſcendentem comedere non poſſunt: ſed obſtupeſcũt dentes eorum: Non ciborum auſteritate, ſed vitio dentium. Idem. De Paulina illa Patribus erga filios mandata νουθεσία loquens, vbi iubet Apoſtolus: ——Patres, Educate filios veſtros in diſciplina, & conuerſatione Domini. ad Epheſ. cap. 6. rurſus ait.——

Eccleſiaſticæ pecuniæ non ſunt in poëtarum ſtudiis impendendæ.

LEgant Epiſcopi, atque Preſbyteri, qui filios ſuos ſecularibus erudiunt literis, & faciunt Comœdias legere, & Mimorum turpia ſcripta cantare, de Eccleſiaſticis ſumptibus forſitan eruditos. Et quod in Corbonam pro peccato virgo vel vidua, vel ſubſtantiam ſuam totam effundens quilibet pauper obtulerat: hoc Orator & Grammaticus in Calendarum ſtrenam, & Saturnalium ſportulam, & Mineruale munus, aut in ſumptus domeſticos,

ſticos, aut in templi ſtipes, aut in ſordida ſcorta conuertit. Heli Sacerdos ipſe ſanctus fuit: ſed quia filios ſuos non erudiuit in omni diſciplina & correctione, ſupinus cecidit, & mortuus eſt. 1.Reg 2.c. Item. Ex reſponſalibus Adriani Papæ, ad Carolum. cap. 4. *Baiſius ita lectum notat. & nō, ex reſponſalibus Vrbani. Verámque puto Baiſii lectionem. Fuit is Adrianus primus, anno Chriſti 780 qui Carolo Magno, quem ſacrarat Imperatorem, talia reſcripſit.* Hoc *inquā, mihi veriſimile eſt Nam videri voluit ille Rex argutator ſciolus:* Cuius *etiam de Rhetorica diſputationes cum ſuo magiſtro Alcuino leguntur.* Prouidus *autem* Pontifex *nolebat Academias, quas tunc Rex inſtituebat, nimium Dialecticari. Sed* παλαιά. *Sunt Adriani ad Carolum alia quædam ſcripta in Iuonis* Pannomia.

Non bene dialecticis argutiis conuenit cum fidei ſimplicitate.

O*Mnem vim inuentorum ſuorum in Dialectica diſputatione ponunt Hæretici: Quæ, Philoſophorum ſententiâ, diffinitur, Non aſtruendi vim habere, ſed ſtudium deſtruendi: ſed non in Dialectica placuit Deo ſaluare populum ſuum: Regnum enim Dei in ſimplicitate fidei eſt, non in contentione ſermonis.* 1.Cor.4. Item Rabanus, De preſſuris Eccleſiaſticis. *Rabanus, cognomento Maurus, natione Theutonicus, Epiſcopus Moguntinus,* Caroli *Magni, eiúſque filij* Ludouici *tempore vixit, anno* Do. 800. *Multa ſcripſit, ex Auguſtino ferè compilans & tranſcribens omnia, ne immutatis quidem verbis.* Inter *hominis plurima ſcripta, Trithemius non recenſet opus, De preſſuris Eccleſiaſticis, à* Gratiano *poſt Iuonem, tit. Qui libri ſint ab Eccleſia recepti,* Pannomiæ *libro 2. nunc adductum. Quod hic tamen refertur, Hieronymus ſibi contigiſſe narrat in Epiſtola ad Euſtochium. De cuſtodia virginitatis. To.1.*

Senex eſt virgâ dignus, qui Rhetorum floſculis legendis repueraſcit.

L*Egimus de beato Hieronymo, quòd quum libros legeret Ciceronis, ab angelo eſt correptus: eò quòd vir Chriſtianus Paganorum figmentis intenderet. Gratianus adhuc in prædictorum confirmationem duo profert. Ex Hieronymo, priùs, de quo nos in Can. 2. ſuperiùs. Ex Origene, ſecundum.*

Siliquæ ſunt, Carmina Poëtarum, Secularis Sapientia, & Rhetoricorum Pompa verborum.

H*Inc Filius ille prodigus in Euangelio reprehenditur, qui de ſiliquis, quas porci manducabant, ventrem*

Digitized by Google

ſuum replere cupiebat. Hinc etiam, Origenes, Ciniphes & Ranas, quibus Ægyptij ſunt percuſſi, vanam Dialecticorum garrulitatem, & ſophiſtica argumēta intelligit.

Sed hic præſtat ipſius Origenis *verba, prout à Ruffino verſa ſunt, adſcribere, ex Homilia quarta in* Exodum. ———

Poëtæ ſunt Ranæ: Dialectici verò Scnipes. Deus nos conſeruet à plagis iſtis.

PEr ſecundam plagam, in qua Ranæ producuntur, indicari figuraliter arbitror, Carmina Poëtarum: qui inani quadam & inflatâ modulatione, velut Ranarum ſonis & cantibus, huic mundo deceptionis fabulas intulerunt. Ad nihil enim aliud, Animal vtile eſt, niſi quòd ſonum vocis improbis & importunis clamoribus reddit.

Poſt hoc, σκνίπες *producūtur. Hoc animal pennis quidem ſuſpenditur, per aëra volitans: ſed ita ſubtile & minutum, vt oculi viſum, niſi acutè cernentis, effugiat: corpus tamen quum inſederit, acerrimo terebrat ſtimulo: Ita, vt quem volitantem videre quis non valeat, ſtimulantem ſentiat. Hoc ergo animalis genus digniſſimè puto arti Dialecticæ comparari: quæ minutis & ſubtilibus verborum ſtimulis animas terebrat, ac tantâ calliditate circunuenit: vt deceptus nec videat, nec intelligat, unde decipitur.* · *Hæc* Origenes. *De duabus illis plagis habes Exo. cap. 8. Poſt hæc, Gratianus ait.* ———

Gratianus. EX his omnibus colligitur, Quòd non eſt ab Eccleſiaſticis Secularium literarum quærenda peritia. *Iam ſequitur pars oppoſitum firmans. Sed (ait Gratianus) econtrario legitur.* ———

N E·C ab Ethnicorum libris Chriſtiani, nec à Prophanis literis homines Sacri ſunt omnino prohibendi.

Daniel 1. *MOyſes, & Daniel omni Scientia Ægyptiorum &*
Exo. 3 & 11. *Chaldæorum eruditi fuerunt. Legitur etiam,*

Quod

Digitized by Google

Quòd pręcepit Dominus filiis Iſraël, vt expoliarèt Ægyptios auro & argento: moraliter inſtruens, vt ſiue aurum ſapientiæ, ſiue argentum eloquentiæ apud Poëtas inueniremus: in vſum ſalutiferæ eruditionis vertamus. In Le- Leuit. 2.
uitico etiam, Primitias mellis, id eſt, dulcedinem humanæ eloquentiæ, Domino iubemur offerre. Magi quoque Matt. 2.
tria munera obtulerunt: In quibus nonnulli tres partes Philoſophiæ volunt intelligi. Denique, In expoſitione Pſalterij Caſsiodorus. cap. 15. prologi in Pſalterium teſtatur.

OMnis ſplendor Rhetoricæ eloquentiæ, omnis modus Poëticæ locutionis, quælibet varietas decoræ pronuntiationis, à diuinis ſcripturis ſumpſit exordium. Hinc etiam Ambroſius, ait, ſuper Epiſtolam Coloſſenſiũ, cap. 2. Exponens illud——— In Chriſto ſunt omnes theſauri Sapientiæ, & Scientiæ abſconditi.

Deus omnium Scientiarum, Dominus eſt. 1 Reg. cap. 2.

OMnis ratio ſupernæ Scientiæ, Vel terrenæ creaturæ, in eo eſt, qui eſt caput earum & author: vt qui hunc nouit, nihil vltra quærat: quia hic eſt perfecta virtus, & Sapientia: quicquid alibi quæritur, hic perfectè inuenitur. In Daniele, & in Salomone oſtendit infidelibus ſe eſſe authorem totius eloquentiæ, & Sapientiæ: Quod infideles non putant, quia non legunt in Euangeliis & Prophetiis Aſtrologiam, vel Geometriam, & alia huiuſmodi: quę deſpecta ſunt à noſtris, quia non pertinent ad ſalutem, ſed magis in errorem mittunt, & auocant à Deo: Dúmque his ſtudent diſputationibus, animæ ſuæ curam non habent. Qui verò Chriſtum nouit, theſaurum Sapientiæ & Scientiæ inuenit: quia id nouit, quod vtile eſt.

Hinc etiam ait Beda in lib. 2. Regum, *Sumpſit & hoc ex* P*annomia Gratianus.* I*n Tit. nunc allegato. Nec enim tales Bedæ libros habe nus.*

T*Vrbat acumen legentium, & deficere cogit, qui eos à legendis Secularibus libris, omnibus modis, exiſtimat prohibendos: in quibus ſi qua inuenta ſunt vtilia, quaſi ſua ſumere licet. Alioquin Moyſes & Daniel Sapientiâ & literis Ægyptiorum, Chaldæorúmque non paterentur ſe erudiri: quorum tamen ſuperſtitiones ſimul & delicias horrebant. Nec etiam ipſe magiſter Gentium aliquot verſus Poëtarum, ſuis vel ſcripturis vel dictis indididiſſet.* *Gratianus diſcordantes iſtos Canones ad concordiam ſic redigit.* I*nterrogans primò.*_____ Cur ergo legi prohibentur, quę tam rationabiliter legēda probantur? *Idem reſpondet.*

Seculares literas, quidam legunt ad voluptatem, Poëtarum figmentis, verborúmque ornatu delectati: quidam verò, ad eruditionem eas addiſcunt, vt errores Gentilium legendo deteſtentur: & vtilia quæ in eis inueniunt, ad vſum Sacræ eruditionis deuoti vertant. tales laudabiliter Seculares literas addiſcũt. Vnde beatus Gregorius quendam Epiſcopum non reprehendit, quia eas didicerat: ſed quia, contra Epiſcopale officium, pro lectione Euangelica, Grammaticam populo exponebat. Gregorius Deſiderio Epiſcopo Galliæ. Epiſt. 48. lib. 9.

Execrabile eſt Sacerdoti, nugis ac ſecularibus literis detineri, blaſphemiſque nephandorum laudibus maculari.

Inferiùs 86. Diſt.

Q*Vum multa nobis bona de veſtris fuiſſent ſtudiis nũtiata, ita cordi noſtro nata eſt lætitia, vt negare ea, quæ ſibi fraternitas veſtra concedenda popoſcerat, minimè valeremus. Sed poſt hoc, peruenit ad nos (quod ſine verecundia memorare non poſſumus) fraternitatem tuam, Grammaticam quibuſdam exponere. Quam rem ita moleſtè ſuſcepimus, ac ſumus vehementiùs aſpernati, vt ea, quæ priùs dicta fuerunt, in gemitum & triſtitiam verteremus: quia, in vno ſe ore, cum Iouis laudibus, Chriſti laudes non capiunt. Et quàm graue nefandúmq; ſit Epiſcopis canere,*

Digitized by Google

canere, quod nec Laico religioſo conueniat, ipſe conſidera.

Hinc etiam Ambroſius ſcribit ſuper Lucam, Explanans proœmium: In principio proœmij.

Seculares literæ legendæ ſic ſunt, ne relegentur.

LEgimus aliqua,† ne legantur. Legimus, ne ignoremus. Legimus, non vt teneamus, ſed vt repudiemus.

†Solent hîc perperá ſcribere. Ne, negligamus.

Item. Hieronymus ſuper primum cap. Epiſtolæ ad Titum. *In ſalutationis exordio. Gratianus Hieronymo non debuit addere quicquam: ſed integram tranſcribere ſententiam Doctoris, qui ſequentia declarans Apoſtoli verba*——— *Secundum cognitionem veritatis, quæ eſt iuxta pietatē. quærit, Vtrúmnam ſit aliqua veritas, quæ non ſit in pietate poſita?* Et ait———

ESt planè veritas, quæ non habet pietatem. Veluti, ſi quis artem nouerit Grammaticam, vel Dialecticam, vt rectè loquendi rationem habeat: & inter falſa & vera diiudicet. Geometria, & Arithmetica, & Muſica habent in ſua Scientia veritatem: ſed non eſt Sciētia illa, Scientia pietatis. Scientia pietatis eſt noſſe Legem, intelligere Prophetas, Euāgelio credere, Apoſtolos non ignorare.

Sciētia pietatis.

Hæc non improbant quidem, ſed etiam non confirmant iſtarum diſciplinarum ſtudia. Deinde Gratianus hîc Iſidori verbum ſubiungit. ex fine cap. 13 libri tertij De ſummo bono. Non erat abſcindendum quicquam. Nam tota ſententia themati noſtro conuenientiſſima eſt. ſic habet.———

Minus malæ ſunt Gentilium literæ, quàm ſint Hæreticorum.

MEliores ſcias eſſe Grammaticos, quàm Hæreticos. Hæretici enim hauſtū letiferi ſucci hominibus perſuadendo propinant. Grammaticorum autem doctrina etiam poteſt proficere ad vitam, dum fuerit in meliores vſus aſſumpta. *Retulit hanc duntaxat vltimam clauſulam. quam falſus quóque tribuit Hieronymo.* Item. Hieronymus in primum cap. Danielis. To. 5.

Eccleſiaſtici ſecularia diſcant, vt conuincant.

QVi de menſa & vino Regis nolunt comedere, ne polluantur: Vtique, ſi Sapiētiam átque doctrinam Ba-

byloniorum ſcirent eſſe peccatum, nunquam acquieſcerent diſcere, quod non licebat. Diſcunt autem, non vt ſequantur, ſed vt iudicent atque conuincant: quomodo ſi quiſpiam aduerſus Mathematicos velit ſcribere, imperitus Matheſeos, riſui pateat: & aduerſus Philoſophos diſputans, ſi ignoret dogmata Philoſophorum. Diſcant ergo eâ mente doctrinam Chaldaicam, quâ & Moyſes omnem Sapientiam Ægyptiorum didicerat. Idem. In fine procemij commentariorum in ipſum Danielem.

Theologum, Neceſſitas, non Voluntas ad Gentilium diſciplinas trahat.

S*I quando cogimur literarum ſecularium recordari, & aliqua ex his dicere, quæ olim omiſimus: non noſtræ eſt voluntatis, ſed (ſed vt ita dicam) grauiſſimæ neceſſitatis: vt probemus ea quæ à ſanctis Prophetis ante ſecula multa prædicta ſunt, tam Græcorum, quàm Latinorum, & aliorum Gentilium literis contineri.* Item. Ex Synodo Eugenij Papæ. *Hic fuit Eugenius 3. anno ſalutis 1145. quem priùs D. Bernardus elegerat in Monachum. Papa creatus in Galliam ſe recepit: vbi Lutetiæ, ac Remis, habuit Concilium. vnde Gratianus hoc decretum collegit. qui tum quoque Bononiæ viuebat.*

Magiſtros & Doctores Epiſcopi congruis in locis inſtituant, & alant.

D*E quibuſdam locis ad nos refertur, Neque Magiſtros, Neque curam inueniri pro ſtudio literarum. Iccirco ab vniuerſis Epiſcopis, ſubiectis plebibus, & aliis locis, in quibus neceſſitas occurrerit, omnino cura & diligentia habeatur, Vt Magiſtri & Doctores cõſtituantur, qui ſtudia literarum, liberaliúmque artium dogmata aſſiduè doceant: quia in his maximè Diuina manifeſtantur atque declarãtur mandata.* Item. Auguſtinus libro 13. cap. 15. contra Faſtum Manichæum. To. 6.

Sua

Digitized by Google

Sua Gentilium vanitas, ſuis conuincitur authoritatibus & libris.

SI quid veri de Deo, Sibylla, vel Orpheus, aliíve Gentilium Vates, aut Philoſophi dixiſſe, vel prædixiſſe perhibentur: valet quidem ad reuincendam Paganorum vanitatem, non tamen ad iſtorum authoritatem complectendam. Quantum enim diſtat de Chriſti aduentu inter prædicationem Angelorum, & confeſſionẽ Dæmoniorum, tantùm inter authoritatem Prophetarum, & curioſitatem Sacrilegorum.

Item. Clemens Papa, Epiſtolâ quintâ ad condiſcipulos. *Clemens (cuius Paulus meminit) Apoſtolorum ſectator ac diſcipulus, præcipuus Petri comes primúſque ſucceſſor, Anno Chriſti circiter 71 quinque ſcripſiſſe fertur* Epiſtolas *ad Fratres & Condiſcipulos Hieroſolymis habitantes cum Iacobo Fratre Domini. De poſtrema ſumpſit Gratianus præſentem Canonem.*

In interpretatione ſcripturæ, quæ ſine doctore ſatis intelligi nequit, nemo ſibi ſoli credat: à maioribus tradita ſequatur. hanc etenim ad ſuum ſenſum trahere, vitioſiſſimum eſt, ait Clemens,

RElatum nobis eſt, quòd quidam in veſtris partibus commorantes, aduerſantur ſanis doctrinis: & prout eis videtur, non ſecundum traditionem patrum, ſed iuxta ſuum ſenſum, docere videntur. Multas enim quidam (vt audiuimus) veſtrārum partium ingenioſi homines, ex his quæ legunt, veriſimilitudines capiunt: Et ideo diligenter obſeruandum eſt, vt Lex Dei quum legitur, non ſecundum propriam ingenij virtutem vel intelligentiam legatur, aut doceatur. Sunt enim multa verba in ſcripturis Diuinis, quæ poſſunt trahi ad eum ſenſum, quem ſibi vnuſquiſque ſponte præſumpſerit: ſed fieri non oportet: non enim ſenſum extrinſecus alienum & extraneum debetis quærere, vt quoquo modo ipſum ex ſcripturarum authoritate confirmetis: ſed ex ipſis ſcripturis ſenſum capere veritatis

oportet. Et ideo oportet intelligẽtiam ab eo diſcere ſcripturarum, qui eam à maioribus ſecundum veritatem ſibi traditam ſeruat: vt & ipſe poſsit ea quæ rectè ſuſceperit, competenter aſſerere.

Ad Sacram ſcripturam ſunt omnes humanæ diſciplinæ reducendæ: ſed ad nullas illa. Si quæ nequeunt, aut repugnant, omnes ſunt abiiciendæ.

§. *Quum verò ex Diuinis ſcripturis integram quiſque & firmam regulam veritatis ſuſceperit, abſurdum non erit, ſi aliquid etiam ex eruditione communi, ac liberalibus ſtudiis, quæ fortè etiam in pueritia attigit, ad aſſertionem veri dogmatis conferat: ita tamen, vt vbi vera didicit, falſa & ſimulata declinet.* Item. Iſidorus cap.13.lib.3. De ſummo bono. *Gratianus hos libros appellat, Sententiarum.*

Diis gentilium ſacrificat, qui de Diis ſcripta lubens lectitat.

I*Deo prohibetur Chriſtianis figmẽta legere Poëtarum: quia per oblectamenta inanium fabularum, mentẽ excitant ad incẽtiua libidinum. Nõ enim thura ſolùm offerendo, Dæmonibus immolatur, ſed etiam eorum dicta libentiùs capiendo.* *Gratianus. Ex Gregorio cap.1. partis 1. Paſtoralis cõcludit.*

Vt itaque ex præmiſsis authoritatibus apparet.______

I*Mperitia ſacerdotibus ſemper eſt fugienda: quoniam ſi per ignorantiam cæcitatis aliis ducatum præſtare cœperint, ambo in foueam cadunt.* Matth. 15. *vnde dicitur in Pſalmo:* Pſal 48. *Obſcurentur oculi eorum ne videant: & dorſum eorum ſemper incurua. Quum enim obſcurantur illi qui præeunt, ad ferenda onera peccatorum, facilè ſequentes inclinantur.* *Gratianus.* ELABORANDVM eſt itaque Sacerdotibus, vt ignorantiam à ſe, quaſi quandam peſtem, abiiciant.

Licet

Digitized by Google

Licet enim Seruus neſciens voluntatem Domini ſui, & non faciens dicatur vapulare paucis: non tamen hoc de omnibus generaliter intelligitur. Ait enim Apoſtolus: Qui ignorat, ignorabitur quod de eo intelligendum eſt, qui noluit intelligere, vt bene ageret. Vnde Auguſtinus ait in lib. quæſtionum veteris ac noui teſtamenti. quæſt.67. Tomo 4. Luc.12.f 1.Cor.14.g.

Spontaneus ignorans non habet excuſationem

NOn omnis qui ignorat, immunis eſt à pœna. Ille enim ignorans poteſt excuſari à pœna, qui à quo diſceret, non inuenit. Illis autem ignoſci non poterit, qui habentes à quo diſcerent, operam non dederunt. *In ſummam colligas ante dicta. Et eruditum, & doctum decet eſſe Sacerdotem. Sed quibus artibus atque diſciplinis, inquirit Gratianus adhuc.*

DISTINCTIO XXXVIII.

QVVM itaque (ait Gratianus) voluntaria ignorantia ſit omnibus noxia, Sacerdotibus eſt periculoſa.

Eccleſię periculoſiſsima peſtis eſt ignorantia Sacerdotalis.

Vnde. In Cōcilio Toletano 4. cap. 24. *Tum Siſebutus, ſiue Siſenandus cum ſuis Gothis occupabat Hiſpanias, ſub annos Do.630.*

Sacerdotis opus, eſt Prædicatio in omni doctrina. Huic repugnat Imperitia.

IGnorantia, mater cunctorum errorum, maximè Sacerdotibus Dei euitanda eſt: qui docendi officium in populo Dei ſuſceperunt. Sacerdotes enim legere ſanctas admonentur ſcripturas, Paulo Apoſtolo dicente ad Timotheum: Attende lectioni, & exhortationi doctrinæ: & ſemper permane in his. Sciant ergo Sacerdotes Sanctas ſcripturas, & Canones: & omne opus eorum in Prædicatione & Doctrina conſiſtat: atque ædificent cunctos tam fidei ſcientiâ, quàm operum diſciplinâ. Item. Ex eodem.ca.25. 1. Tim.4.d.

Qui Parochias regunt, vnà cum Sanctis Bibliis, & Canonibus, Officialem quoque debent habere librum: Redderéque poſcenti Epiſcopo muneris iniuncti rationem.

QVando Preſbyteri in parœciis ordinantur, Libellum officialem à Sacerdote ſuo accipiant, vt ad Eccle-

ſtabit:quia valde periculoſæ Euangelicæ minæ ſunt, quibus dicitur: Si Cæcus Cœco ducatum præſtet, ambo in foueām cadunt. Item. Ex,7.Synodo. *Oecumenica & ſincta hæc Synodus habita fuit Niceæ (propterea, ſecunda Nicæna vocatur) anno ſalutis octingenteſimo. In quam trecenti tres & ſexaginta Patres conuenerunt aduerſus Iconomachos. quorum ſub impio quodā Iſaurico Leone .3.Imperato. Conſtātinopo cœperat Hæreſis, quæ durarat annos plures ſexaginta: demum fuit hoc in Concilio damnata. Cui per ſuos τοποτηρητὰς præfuit Adrianus Papa 1. Conſtātinopolitanis præerat inſignis Tharaſius. Occidentale tum regere cœperat Imperium Carolus Magnus, Galliæ Rex. Sic habet illius Synodi Canon.2. ex interpretatione quidem vetere.* Math.15.

Pſalterium, Canones, & Euangelium, & Apoſtoli librum, & omnem Sacram ſcripturam ſciant, Sēque obſeruaturos, atque Prædicaturos ſpondeant Epiſcopi futuri.

OMnes pſallentes † repromittimus Deo, In tuis iuſtificationibus meditabor: Non obliuiſcar ſermones tuos. Quod omnes quidem Chriſtianos obſeruare † ſaluberrimum eſt, ſed præcipuè hos qui Eccleſiaſticam conſecuti ſunt dignitatem. Vnde definimus, Omnem, qui ad Epiſcopatus eſt prouehendus gradum, modis omnibus Pſalterium noſſe: vt ex hoc etiam omnis Clerus, qui ſub eo fuerit, † ita moneatur & imbuatur. Inquiratur autem diligenter à Metropolitano, Si in promptu habeat Legē ſcrutabiliter, & non tranſitoriè, Tam Sacros Canones & ſanctum Euangelium, quàm Diuini Apoſtoli librum, & omnem Diuinam ſcripturam: atque ſecundum mandata conſeruare, & docere ſibi populum commiſſum. Subſtantia enim † ſummi Sacerdotij noſtri ſunt eloquia Diuinitus tradita, id eſt, vera Diuinarum ſcripturarum diſciplina, quemadmodum magnus perhibet Dionyſius † Quòd ſi diſceptauerit, & ita libenter facere & docere minimè ſpoponderit, nullatenus cōſecretur: ait enim Propheta Deus: Tu ſcientiam repuliſti, & ego repellam te, ne Sacerdotio fungaris mihi.

Pſal.118.
† συντασσόμεθα.
† σωτήριον.
† οὕτω νουθετῆ μυεῖσθαι.
† καθ' ἡμᾶς ἱεραρχία.
Cap.1. Eccleſiaſticæ Hierachiæ.
† εἰ δὲ ἀμφισβητοίη, καὶ μὴ ἀσμενίζοι οὕτω ποιεῖν τε, καὶ διδάσκειν
Oſeæ 4.b.

Digitized by Google

Inquiratur autem diligenter, &c.

Huiuſce commatis Græca mihi viſum fuit hic annectere, quò ſenſus appareret clarior: quem vetus interpres nonnihil inuoluit. Alia ſunt in margine annotata.

Ἀνακρίνεσθαι δὲ ἀσφαλῶς ὑπὸ τοῦ μητροπολίτου, εἰ προθύμως ἔχει ἀναγινώσκειν, ἐρευνητικῶς καὶ οὐ παροδευτικῶς, τούς τε ἱεροὺς κανόνας, τὸ ἅγιον εὐαγγέλιον, τήν τε τοῦ θείου ἀποστόλου βίβλον, καὶ πᾶσαν τὴν θείαν γραφήν. καὶ κατὰ τὰ θεῖα ἐντάλματα ἀναστρέφεσθαι, καὶ διδάσκειν τὸν κατὰ αὐτὸν λαόν.

Id eſt.

INterrogetur autem diligēter à Metropolita, Si ſtudioſo velit animo legere, noſceréque diligenti cum ſcrutatione atque diſcutione, & non velut in tranſitu ac perſunctoriè, Sacros Canones. ſanctum Euangelium, Diuiníque Apoſtoli librum, & omnem Diuinam Scripturam, Secundúmque Diuina mandata conuerſari, & docere ſubditum ſibi populum. Item. Ex Concilio Carthaginenſi 4.

PLacuit, Vt ordinandis Epiſcopis, vel Clericis, priùs ab ordinatoribus ſuis Decreta Conciliorum auribus eorum inculcentur: ne ſe aliquid contra ſtatuta Concilij feciſſe pœniteant. Item. Zepherinus Papa, Epiſt. 1. Ad Epiſcopos Sicilienſes. *Hic fuit à* Petro Papa *decimus tertius. Hanc Epiſtolam ſcripſit, Saturnino & Gallo Conſulibus. Hoc eſt, anno ſalutis 199. Gratianus omiſit, quæ fuit apponenda, ex aſſumpto concluſionem, quam nos attexuimus. ex* To. 1. Concil.

Epiſcopi ſemper in ſcripturarum lucem fixos debent oculos habere: quæ nullis vnquam mundi tenebris obfuſcari poteſt.

SIcut ſtellas cæli non extinguit nox: ſic mentes fidelium, inhærentes firmamento ſanctæ ſcripturæ, non obſcurat mundana iniquitas.

Idcirco, meditari vos oportet ſcripturas: & præcepta Diuina,

Digitized by Google

Diuina, quæ in ſcripturis continentur, diligenter attendere: Ne tranſgreſſores Legis Dei, ſed impletores appareatis. Item. Hieronymus ſcribens ad Euſtochion. Id inuenies in proœmio commentariorum in Eſaiam.

Ignorantia ſcripturarum eſt ignorantia Chriſti.

SI iuxta Apoſtolum Paulum, Chriſtus, Dei virtus eſt, Deíque Sapientia: & qui neſcit ſcripturas, neſcit Dei virtutem, eiúſque Sapientiam: Ignoratio ergo ſcripturarum, Ignoratio Chriſti eſt. Item. Gregorius cap. 1. partis primæ Paſtoralis. 1. Cor. 1. d.

Non ſapiunt Chriſto, qui Chriſtum non ſapiunt.

QVi ea, quæ ſunt Domini, neſciunt, à Domino neſciuntur: Paulo atteſtante, qui ait: Si quis ignorat, ignorabitur. Item Auguſtinus, cap. 17. Enchiridij ad Laurentiũ. To. 3. 1. Cor. 14. g

Errare nihil eſt aliud, quàm verum putare, quod falſum eſt: falſúmque, quod verum eſt. Vel certum habere pro incerto, incertúmve pro certo.

QVanuis error, quantâ poſſumus curâ, cauendus ſit, non ſolùm in maioribus, verumetiam in minoribus rebus: nec niſi rerum ignorantiâ poſſit errari: non eſt tamen conſequens, vt continuò erret, quiſquis aliquid neſcit: ſed ſi quis exiſtimet ſe ſcire, quod neſcit. pro vero quippe approbat falſum: quod erroris eſt proprium. Verumtamen, in qua re quiſquis erret, intereſt plurimùm. nam in vna eadémque re, & neſcienti, ſciens, & erranti, non errans, rectâ ratione præponitur. In diuerſis autem rebus, id eſt, quum iſte ſcit alia, ille alia, & iſte vtiliora, ille minùs vtilia, vel etiam noxia: quis non in eis, quæ ille ſcit, ei præferat neſcientem? Sunt enim quædam, quæ neſcire me-

lius eſt, quàm ſcire. *Gratianus proximis totis tribus Eucriniis docuit Eccleſiaſticos Eccleſiaſticarum, Diuinarúmque literarum peritos eſſe, nec humanas ignorare debere. Non eſt illarum tolerabilis inſcitia. Cæterùm, Quid ſi ſeculares iſtas literas non probè ſatis calleant, ignari fortè Poëtices, Dialectices, aut Rhetorices? ille reſpondet, vt ſequitur.* ———

Gratianus. SED licet per ignorantiam Grammaticæ artis aliquid vitioſum proferant Epiſcopi, vel Presbyteri, non tamen ideo à Scholaſticis ſunt deſpiciendi: quia morum vitia, magis quàm verborum ſunt præcauenda. Vnde Auguſtinus in lib. De Catechizandis rudibus. cap. 9. To. 4. *Auguſtinus in eo cap. docet, quomodo Grammatici, & Rhetores ſint catechizandi, id eſt, inſtituendi, erudiendi, initiandi.* ———

Eccleſiaſticarum loquutionum ſimplicitas, à nihil ſibi non arrogantibus Grammaticis, ceu quibuſdam Criticis, reprehendenda non eſt.

SEdulò monendi ſunt à Grammaticorum, Oratorúmque Scholis venientes, Vt humilitate induti Chriſtianâ, diſcant non contemnere, quos cognouerint morum vitia magis, quàm verborum, deuitare: ſed cordi caſto linguam exercitatam nec conferre audeant, quam etiam præferre conſueuerunt. His enim maximè vtile eſt, noſſe ita eſſe præponendas verbis ſententias, vt præponitur animus corpori: ex quo fit, vt ita malle debeat veriores, quàm diſertiores audire ſermones: ſicut malle debent prudentiores, quàm formoſiores habere amicos. Nouerint etiam non eſſe voces ad aures Dei, niſi animi affectum. Ita enim non irridebunt, ſi aliquos antiſtites, & miniſtros Eccleſiæ fortè animaduerterint, vel cum barbariſmis, & ſolœciſmis Deum inuocare, vel eadem verba, quæ pronuntiant, non intelligere, perturbatéque diſtinguere. Non quia iſta minimè corrigenda ſunt, vt populus, ad id, quod planè intelligit, dicat Amen: ſed tamen piè toleranda ſunt ab eis, qui didicerint, vt ſono in foro, ſic voto in Eccleſia benedici. Itaque, Forenſis illa nonnunquam fortè Bona dictio, nunquam

Digitized by Google

quam tamen Benedictio dici poteſt. *Gregorius ad Leandrum Epiſcopum, in expoſitione libri Iob, circa finem præfationis aut Epiſtolæ. Falſâ Gratianus inſcriptione tribuit hoc Auguſtino.*

Eccleſia Chriſti intenta tota normæ benefaciendi, beneque docendi, de bene loquendo non ſemper intendit regulis Donati.

I*Ndignum vehementer exiſtimo, Vt verba cœleſtis oraculi reſtringam ſub regulis Donati.* Auguſtinus cap. 50. De vera Religione. To. 1.

Sua cuique linguæ proprietas eſt, & Idiotiſmus. Gnoſticis & Grammaticis παλαιά.

L*Ocutio Diuinarum ſcripturarum ſecundùm cuiuſque linguæ proprietatem accipienda eſt. Habet enim omnis lingua quædam propria locutionum genera: quæ quum in aliam transferuntur, videntur abſurda.* Item. Hieronymus ad Pammachium, pro libris ſuis aduerſus Iouinianum. Epiſt. Chriſtiani. To. 2.

In Eccleſiaſticis tractandis, Eloquentia, ſiqua eſt, diſſimulanda eſt, non oſtentanda.

E*Ccleſiaſtica interpretatio, etiamſi habeat eloquentiæ venuſtatem, diſſimulare eam debet, & fugere: vt non in ocioſis Philoſophorum ſcholis, paucis diſcipulis, ſed vniuerſo loquatur hominum generi.* Item. Clemens Papa. Epiſt. 3. ad omnes Chriſtianos. quæ eſt, De officio Sacerdotis, & Clericorum.

Clericus, & quiuis alius, à quouis edoceri, & diſcere paratus eſto.

N*Vllus propter opprobrium Senectutis, aut Iuuentutis, vel nobilitatem generis, à paruulis & minus eruditis, ſi quid fortè eſt vtilitatis, aut ſalutis, inquirere negligat. Qui enim rebelliter viuit, & diſcere atque agere bona recuſat: magis Diaboli, quàm Chriſti membrum eſſe oſtenditur: & potiùs infidelis quàm fidelis eſſe monſtratur.*

Duo Prudentiæ genera fecimus in diſtinct. 36. Requirunt in Clericis vtrunque. De priore, quod in literarum peritia conſiſtit, ſatis iam tractatum. Poſterius eſt in rerum cognitione & adminiſtratione ſitum. Neceſſarium pariter & Eccleſiaſticis viris. De quo nunc

Digitized by Google

DISTINCTIO XXXIX.

Non ſint ad ſeculi res agendas inepti Eccleſiarum præfecti: modò nõ in ſecularibus deſiderijs illas agant.

Gratianus. ECCE, plenariè monſtratum eſt, quòd Sacerdotes oportet literarum tam Sacrarum, quàm Secularium eſſe peritos. Nunc autem quæritur, An ſecularium negociorum oporteat eos habere peritiam. Hanc eſſe Prælatis Eccleſiæ neceſſariam multis rationibus probatur. Debent Prælati ſubditis non ſolùm Spiritualia, ſed etiã Carnalia ſubſidia miniſtrare, exemplo Chriſti: qui turbas ſequentes non ſolùm verbo docebat, ſed etiam virtute ſanabat, & corporalibus alimentis reficiebat. Vt autem Prælati hæc omnia plenè perficere poſsint, Secularium negociorum oportet eos habere ſolertiam: vt eorum cautelâ, & Eccleſiæ ſeruẽtur indemnes: & cuique neceſſaria pro ſuo modo miniſtrentur. Vnde quidam in Epiſcopum electus, à beato Gregorio pro ſua ſimplicitate repellitur, ne eius occaſione res Eccleſiæ dilapidarentur. Gregorius Epiſtol. 40. lib. 8. ſcribit nobilibus ciuibus Neapolitanis.

Secularium negociorum imperiti non ſunt in Epiſcopos ordinandi. Id eſt, Qui ſuæ Domui bene præeſſe non poſſunt.

PEtrus Diaconus, quem à vobis electum aſſeritis, omnino (vt dicitur) ſimplex eſt: & noſtis, quia hoc tempore, Talis in regiminis arce debet conſtitui, qui non ſolùm de ſalute animarum, verumetiam de extrinſeca vtilitate & cautela ſciat eſſe ſolicitus. *De miniſtrorum Prudentia, videlicet, De diſciplinis & doctrina, de ſagacitate & prouidentia in actibus rerũ, dictum ſufficienter. Ad aliud tranſit Gratianus. Eſt in Apoſtoli ſpeculo viſendum Quintum.*——

ΔΕΙ ΚΟΣΜΙΟΝ ΕΙΝΑΙ.

Quid hoc eſt mandati? Reſcribit Oceano Hieronymus.——

ἐπίτασις eſt prioris illius verbi, hoc eſt, Irreprehenſibilis. Qui vitia non habet, irreprehenſibilis appellatur. Qui virtutibus pollet, Ornatus eſt. Hæc ex Hieronymo. Sed audiamus Gratianum.

DISTINCTIO. XL.

1. Tim. 3. Pſal. 131. Exod. 28.

Gratianus. OPORTET quoque eſſe Epiſcopum ornatum. Per ornamenta Epiſcopalia, Virtutes debent intelligi: quæ à Domino eis repromittuntur, dum dicitur: Sacerdotes eius induentur ſalutari. Vnde in veteri teſtamento, Variis veſtibus, ex præcepto Domini, Sacerdotes ornati leguntur: quia multimodis virtutibus debet ſplendere vita Pontificis: vt gradui conferat decorem, quem ab eo non accepit: Non enim loca, ſed vita & mores ſanctum faciũt Sacerdotem. Vnde ex officio ſuſcepto non licentiam peccandi, ſed neceſsitatem bene viuendi, ſe nouerint aſſecutos. Vnde Symmachus Papa ait.—— *Symmachus Papa, ſalutis anno quingẽteſimo, dum per ignauiam Græcorum, Gotthicus Rex Theodoricus Italiæ dominaretur, ab æmulis per annos ferè 15. quibus præfuit, ſæpius eſt impetitus. quater in Concilio cauſam dixit. Schiſma tum periculoſiſſimum fuit. Sex habuit ille Romæ Synodos, quartâ fuit abſolutus, anno 504. quæ propterea, Palmaris, nuncupata tunc eſt. Hanc tamen Clericorum pars aduerſa Symmacho, tanquam minùs Canonicè factam, calumniabatur. Ennodius quidam Symmachi Diaconus, tunc ad illius defenſionem non inelegantem*

Prima, pulcherrimáq; Sacrorũ miniſtrorũ ornamenta ſunt Animi virtutes.

Digitized by Google

gantem libellum compoſuit: quem poſtea quintâ Synodo com probatum, vim quoque Synodalium Decretorũ iuſſerũt habere. Sumptus eſt ex eo Canon præſens, aliique non pauci: quos tamen in opere ſuo Gratianus ipſi Symmacho tribuit, vt hic vides. Ennodij libellus extat in fine primi Conciliorum Tomi. Studijs tunc florebat Fl. Boëthius, qui Conſul fuerat anno Chriſti 489. Et quem Rex ille Barbaricus exilio mulctarat.

Pontificia dignitas omnem quoquomodo delinquendi licentiam Pontificibus adimit.

NOon nos beatum Petrum (ſicut dicitis) à Domino, cum ſedis priuilegio, vel ſucceſſores eius, peccandi iudicamus licentiam ſuſcepiſſe. Ille quippe perennem meritorum dotem cum hæreditate innocentiæ tranſmiſit ad poſteros. Quod illi conceſſum eſt per actuum lucem, ad illos pertinet, quos par conuerſationis ſplendor illuminat. Quis enim ſanctum dubitet eſſe, quem apex tãtæ dignitatis attollit? In quo ſi deſint bona acquiſita per meritũ, ſufficiunt, quæ à loci deceſſore præſtantur: Aut enim claros ad hæc faſtigia erigit: aut qui eriguntur, illuſtrat.

Item. Hieronymus ad Heliodorum To.1. Epiſt.1 circa finem. *Veri ſunt Apoſtolorum ſucceſſores, quicunque ſeruant Apoſtolorum mores.*

NOn eſt facile ſtare loco Pauli: tenere gradum Petri, iam cum Chriſto regnantium. (*Quibus ex verbis ſubinfert Gratianus.*) *Hinc dicitur.* ———

Non Sanctorum filij ſunt, qui tenent loca Sanctorum: ſed qui exercent opera eorum. Item. Gregorius. *Digna Gregorio ſententia, licet iſta mihi verba non ſint in eo lecta, ſed multis illam confirmat ſcribens in ſuperbiam* Ioannis, *& aliorum quorundam Epiſcoporum Conſtantinopo. qui ſe cognominabant οἰκουμενικοὺς, hoc eſt, vniuerſales terræ ſiue mundi* Patriarchas. *Epiſt. 32.34.36.38. 39. lib. 4. plurimiſque locis aliis.*

Virtute ſolâ, non opibus, non loco, non ſanguine niti Sacerdotes oportet.

NOs qui præſumus, non ex locorum, vel generis dignitate, ſed morum nobilitate innoteſcere debemus: nec vrbium claritate, ſed fidei puritate. Item Gregorius Anaſtaſio Presbytero. In Epiſt. 29. lib. 6.

Digitized by Google

Vitâ Sanctâ, non loco, vel ordine Sancto, appropinquamus Deo.

NOn loca, vel ordines creatori noſtro nos proximos faciunt: Sed nos aut merita bona ei coniungunt, aut mala diſiungunt. Item. Chryſoſtomus Homil. 40. ad cap. 11. Matthæi. Verbum illud explicans.——Qui ceciderit ſuper eum, confringetur: ad Homiliæ finem. Florebat hic in Eccleſia Conſtantinopo. anno 400.

Grauiter ruit, quod altum, vel ponderoſum ruit.

HOmo Chriſtianus fortiter cadit in peccato, propter duas cauſas: Aut propter magnitudinem peccati: Aut propter altitudinem dignitatis. Item. Ex dictis Bonifacii martyris.—— *Bonifacius, natione Scotus, in Alemaniam veniens, fidem genti nuntiauit, à Gregorio Papa ſecundo poſtmodum creatus Archiepiſcopus primus Moguntinus, anno circiter 730. quem poſtea Phriſii de Chriſto concionantem peremerunt. Hæc, vndecunque didicerit, Abbas Trithemius tradit: qui Sanctum quoque virum refert epiſtolas multas conſcripſiſſe. Gratianus ex aliqua decerpſiſſe potuit, quod hic poſuit.*

Vniuerſitas fidelium pro malo Papa debet inſtanter orare: Inemendabilem tolerare non debet.

SI Papa, ſuæ & fraternæ ſalutis negligens deprehenditur, inutilis & remiſſus in ſuis operibus, & inſuper à bono taciturnus (quod magis officit ſibi, & omnibus nihilominus) innumerabiles populos cateruatim ſecum ducit mancipio gehennæ, cum ipſo plagis multis in æternum vapulaturus. Huius culpas iſtic redarguere præſumit mortalium nullus: quia cunctos ipſe iudicaturus, à nemine eſt iudicandus: niſi deprehendatur à fide deuius. pro cuius perpetuo ſtatu vniuerſitas fidelium tanto inſtantius orat, quanto ſuam ſalutem, poſt Deum, ex illius incolumitate animaduertit propenſius pendere. Item. Auguſtinus ad Valerium: Epiſtola 148. Initium eſt Epiſtolæ.

Non ordines, ſed vitæ merita nos Deo commendant

Ante

ANte omnia peto, vt cogitet religioſa prudentia tua, nihil eſſe in hac vita, & maximè hoc tempore, facilius, & lætius, & hominibus acceptabilius, Epiſcopi, aut Preſbyteri, aut Diaconi officio, ſi perfunctoriè, atq; adulatoriè res agatur: ſed nihil apud Deum miſerabilius, & triſtius, & damnabilius. Item, Nihil eſſe in hac vita, & maximè hoc tempore, difficilius, & laborioſius, & periculoſius, Epiſcopi, & Presbyteri, aut Diaconi officio: ſed apud Deum nihil beatius, ſi eo modo militetur quo noſter Imperator iubet. Quis autem ſit iſte modus, nec à pueritia, nec ab adoleſcentia mea didici: & eo tempore quo diſcere cœperam, vis mihi facta eſt, merito peccatorum meorum (nam quid aliud exiſtimem, neſcio) Vt ſecundus locus gubernaculorum mihi traderetur, qui remum tenere non noueram. Item. Iſidorus.

Terrenus eſt, non Eccleſiaſticus, *Epiſcopatus, in quo iuſtè ac legitimè non viuitur.*

SIcut viri & mulieris digna coniunctio vnum facit matrimonium, & ſicut duorum copulatio vnum perficit corpus: ita Clericatus & Sacerdotium vnum faciunt Presbyterum: & electio & conſecratio vnum facit Epiſcopum: quæ omnia vnum faciunt corpus: quod citiùs corrumpitur, & ad terram trahitur, niſi legaliter cõſeruetur, niſi iuſtè viuendo laudetur. Item. Ambroſius cap. 4. libri De Paradiſo. To. 4.

Non loci, vel generis excellentia, ſed mores, & virtutes nobilitant hominem.

ILlud autem animaduerte, Quòd extra Paradiſum vir factus eſt: Intra Paradiſum mulier. vt aduertas, quòd non loci, non generis nobilitate, ſed virtute vnuſquiſ-

Digitized by Google

que gratiam ſibi comparat. Denique, extra Paradiſum (hoc eſt in inferiori loco) vir factus, melior inuenitur: & illa quæ in meliori loco (hoc eſt in Paradiſo) facta eſt, inferior reperitur. Item. Gregorius Epiſt.5. lib.6. ad Cyriacum Epiſcopum Conſtantinopo.

Si Chriſtus non adſit, nuſquam ſine periculo conſiſtere valemus.

Q*Valibet occulta loca, ſine gratia, animam ſaluare non poſſunt: quod aliquando in ipſis quoque conſpicimus erratis electorum: Nam Loth in ipſa peruerſa Ciuitate*
Gen.19.g. *fuit iuſtus, In monte peccauit. Sed iſta cur dicimus, quum maiora nouerimus? Quid enim Paradiſo iucundius? quid cælo ſecurius? & tamen Homo ex Paradiſo, & Angelus de cælo, peccando cecidit.* Idem Gregorius. *Non ſunt hæc ipſa Gregorij verba, ſed ex Gregorio collecta per Gratianum: quorum ſenſus habetur in cap.1. libri 9. & in fine cap.12. libri 26. & cap.12. lib.35. ſuper* Iob.

Nobili deiiciendus eſt loco, qui moribus ignobilis eſt.

Gen.3. A*Dam primus homo pro peccato de Paradiſo eiectus eſt. Hoc eſt, Quia Dei nobilitatem à ſe deiecit, nobilitate loci priuatus eſt.* Item. Chryſoſtomus Homil.43. ad cap.23. Matthæi. In Homiliæ principio. Exponens illud—— Super Cathedram Moyſi, &c.

Non eſt verus Sacerdos, quiſquis nominatur Sacerdos.

M*Vlti Sacerdotes, & pauci Sacerdotes. Multi nomine, Pauci opere. Videte ergo, quomodo ſedeatis ſuper Cathedram: quia non Cathedra facit Sacerdotem, ſed Sacerdos Cathedram. Nō locus ſanctificat hominem, ſed homo locum. Non omnis Sacerdos, Sanctus eſt. Sed omnis Sanctus, Sacerdos. Qui bene ſederit ſuper Cathedram, honorem accipiet ab illa: Qui malè ſederit, iniuriam facit*

cit

Digitized by Google

cit Cathedræ. Ideóque malus Sacerdos de Sacerdotio ſuo crimen acquirit, non dignitatem. In iudicio enim ſedens, Si quidem bene dixeris, & bene docueris, omnium iudex es: ſi autem bene docueris, & malè vixeris, tui ſolius condemnator es: Nam bene viuendo, & bene docendo, populum inſtruis, quomodo viuere debeat. Bene autem docendo, & malè viuendo, Deum inſtruis, quomodo te debeat condemnare. Idem Chryſoſtomus. Homilia.35. Exponens illud Matthæi: Scitis, quòd Principes Gentium, &c. cap.20.

Non Eccleſiæ gradus, ſed quæ gradum decent, ab Eccleſiaſticis quæri debent.

QVicunque deſiderat primatum cœleſtem, ſequatur humilitatem terreſtrem. Quicunque autem deſiderat Primatum in terra, inueniet confuſionem in cœlo: Vt iam inter ſeruos Chriſti non ſit de primatu certamen. (*Vnde, infert Gratianus*) *Nec inter ſeruos Chriſti computabitur, qui de primatu tractauerit.* (*Exinde Chryſoſtomus*) *Nec vnuſquiſque eorum feſtinet, quomodo aliis maior appareat, ſed quomodo omnibus inferior videatur: quoniam, non qui maior fuerit in honore, ille eſt iuſtior: ſed qui fuerit iuſtior, ille maior. Conuerſatio ergo melior eſt deſideranda, non dignior gradus.* *Quæ Gratianus in hanc totam diſtinctionem congeſſit, ad interiora duntaxat mentis ornamenta pertinent, vti videtis. Illa quidem plus omnibus neceſſaria: Verùm, nulla ne cura Clericis habenda eſt, de cultu corporis exteriore? Et habendam certè docet ipſius Apoſtoli verbum, κόσμιον. Hominem modeſtum, bene moratum, moribus, videlicet, bene compoſitis, honeſtum, moderatum ſignificans. Denotat etiam cõptum, cultum, bene paratum: refertúrque ad habitum, ſiue amictum corporis. 1. Timoth. cap.2. ὡσαύτως καὶ τὰς γυναῖκας ἐν καταστολῇ κοσμίῳ. Similiter & mulieres in habitu ornato Sic enim vetus interpres. Interius ergo maximè curandum, ſed exterius minimè negligendum.* Iam de Gratiano.

Victu, veſtitúq; Sacerdotes, nec effœminatę laſciuiant, nec auſterẽ nimis abſtineãt. Mod° eſto, qualẽ perſcripſere maiores.

DISTINCTIO XLI.

Gratianus. ECCE, Quibus oporteat Sacerdotem eſſe ornatum moribus.

O

Sed præterea, Oportet illum eſſe ornatum in exterioribus, habitu, videlicet, & inceſſu. Habitu, vt nec fulgidis, nec ſordidis ſe veſtibus ornet. Vt enim ait Hieronymus.— *Ad Nepotianum, De vita Clericorum. Et ad Euſtochion. De cuſto. Virg.*

NEc affectatæ ſordes, nec exquiſitæ delitiæ laudes pariunt. —Quod tam de veſtibus, quàm de cibis intelligendum eſt. Vnde Auguſtinus ait in libro 3. cap. 12. De doctrina Chriſtiana. To. 3.

In omni vſu rerum oportet abeſſe libidinem, hoc eſt, Effrenatam cupiditatem, voluntatémque, aduerſâ ratione, ſuſceptam. Sic enim Cicero definit Libidinem. Tuſcul. 4. Quæ (vt ait) in omnibus ſtultis inuenitur.

QVisquis rebus prætereuntibus reſtrictiùs vtitur, quàm ſeſe habent mores eorum, cum quibus viuit: aut Temperans, aut Superſtitioſus eſt. Quiſquis verò ſic eis vtitur, vt metas cõſuetudinis bonorum, inter quos verſatur, excedat: aut aliquid ſignificat: aut flagitioſus eſt. In omnibus enim talibus non vſus rerũ, ſed vtentis libido in culpa eſt. Quod igitur locis, & tẽporibus, & perſonis cõueniat, diligẽter attendendũ eſt, ne temerè flagitia reprehendamus. Fieri enim poteſt, vt ſine aliquo vitio cupidinis, vel voracitatis, precioſiſſimo cibo Sapiẽs vtatur: inſipiens autem fœdiſſimâ gulæ flammâ in viliſſimum ardeſcat. Et
Luc. vlt. *ſanus quiſque maluerit, more domini, piſce veſci, quàm*
Gene. 25. *lenticulâ, more Eſau nepotis Abrahæ: Aut ordeo, more iumentorum. Non enim propterea continentiores nobis ſunt pleræque beſtiæ, quia vilioribus aluntur eſcis. Nam in omnibus huiuſcemodi rebus, non ex earum rerum natura, quibus vtimur, ſed ex cauſa vtendi, & modo appetendi, vel probandum eſt, vel improbandum, quod facimus.*

Item. Auguſtinus ſuper Epiſtolam Ioannis. *Auguſtini quidem ſententia eſt, ab eo non ſemel ſcripta. Sed quo in loco ſint hæc verba, non inueni. Certè non ſunt in cõmentariis à Gratiano citatis, in Epiſtolam Ioannis Tom. 9. Præcipuè legas Auguſtinum cap. 31. libri. 10. confeſſ. Et de moribus Manichæorum cap. 11. libri 2. Tomo. 1.*

Non eſt cibus in vituperatione, ſed luxus.

Deliciæ

DElicia qualibet, ſi abſque deſiderio percipiantur, non officiunt. Et viles cibi appetenter accepti impediunt profectum abſtinentiæ. Dauid enim aquam malè concupitam effudit: & Helias carnes comedit. Idem. Auguſtinus in libro De verbis Domini. ſermone 5. ſecundum Matthæum, ad finem ſermonis. To. 10. *More ſuo & immutat, & tranſmutat authoris verba.* 1. Reg. 23. & 3. Reg. 17.a

Ad cuiuſuis abſtinentiam cibi, nemo contra valetudinis ſuæ rationem cogitur.

NOn cogantur diuites pauperum cibis veſci, vtantur conſuetudine infirmitatis ſuæ, ſed doleant aliter ſe non poſſe. Si conſuetudinem mutant, ægrotant. Vtantur ſuperfluis, dent inopibus neceſſaria. Vtantur precioſis, dent pauperibus vilia. Idem. In lib. 2. quæſtionum Euangeliorum, quæſt. 11. Tomo 4.

Abſtinentia vera eſt, Non cibis & potu carere, ſed æquanimiter poſſe carere.

QVod dicit Dominus in Euangelio, Iuſtificata eſt Sapientia ab omnibus filiis ſuis. Oſtendit filios Sapientiæ intelligere, nec in abſtinendo, nec in manducando eſſe iuſtitiam, ſed in æquanimitate tolerandi inopiam: & in temperantiâ, per abundantiam nõ ſe corrumpendi: atque opportunè ſumendi, vel non ſumẽdi ea, quorum non vſus, ſed concupiſcentia reprehendenda eſt. Non enim intereſt omnino, quid alimentorum ſumas, vt ſuccurras neceſſitati corporis: dummodo congruas in generibus alimentorum, his, cum quibus tibi viuendum eſt. Neque quantum ſumas, intereſt multùm: cùm videamus aliorum ſtomachum citiùs ſatiari: & eos tamen illi ipſi parno, quo ſatiantur, ardenter & intolerabiliter, & omnino turpiter inhiare: Alios autem, pluſculo quidem ſatiari, ſed tolerabilius inopiam perpeti: vel ante ora poſitas epulas Matth. 11. Luc. 7.

(ſi id in tempore, aut opus ſit, aut neceſſe ſit) cum tranquillitate aſpicere, neque tangere. Magis ergo intereſt, non quid, vel quantum alimentorum, pro congruentia hominum, atque perſonæ ſuæ, & pro ſuæ valetudinis neceſſitate, quis capiat: ſed quantâ facilitate & ſerenitate animi careat, cùm his vel oportet, vel etiam neceſſe eſt carere: vt illud in animo Chriſtiani compleat, quod Apo-
Philip. 4.c. *ſtolus dicit: Scio & minus habere: ſcio & abundare in omnibus: & in omnibus imbutus ſum, & ſatiari, & eſurire, & abundare, & penuriam pati. Omnia poſſum in eo, qui qui me confortat.* Item. Ex Concilio Gangrenſi. *Iſta fuit aduerſus Armeniæ quendam Monachum Euſtachium Synodi concluſio: non annumerata 20. Canonibus illius Synodi, quam totam prolixoribus commentariolis nuper explicauimus. Non ſatis appoſitè reddita mihi Græca videntur huius initio Canonis. In quo ſic legitur.* ———

Λιτότητα, καὶ εὐτέλειαν ἀμφιασμάτων, δι᾽ ἐπιμέλειαν μόνον τοῦ σώματος, ἀπερίεργον ἐπαινοῦμεν· τὰς δὲ ἐκλύτους, καὶ τεθρυμμένας ἐν τῇ ἐσθῆτι προόδους, οὐκ ἀποδεχόμεθα.

Id eſt.

Simplicitatem, vilitatémque veſtimentorum, ad curam ſolùm corporis, non accuratam nec exquiſitã, comprobamus. Sed abſumptas & attritas in veſtibus progreſsiones (id eſt, vt autumo, in publicum prodire, velut ad oſtẽtationem, cum veſtibus laceris atque diſſutis) non recipimus. *Ad ſola (meo iudicio) pertinet hoc indumenta & ornamenta Clericorum, non etiã ad abſtinentiam. Quanquam ſciam, quòd, λιτότης, & εὐτέλεια, frugalitatem, parcitatem, parſimoniam, pauperem, tenuémque victum ſignificent.*

In qualicunque veſte, vel victu non eſt virtus, aut religio conſtituenda.

P*Arſimoniam, cum veſte humili, non reprobamus: ſicut etiam ornatum præter corporis diligentiam infucatum laudamus: diſſolutos autem & fractos veſtibus & inceſſu non recipimus.* *Quæ poſtea ſequuntur in Canone, ſunt à propoſito diuerſa, nec ſatis fideliter verſa.*

Apoſto-

Digitized by Google

Apoſtolicas, Eccleſiaſticáſque Paradoſeis, in templis extruendis, in precibus vbinis locorum fundendis, in populi conuentibus habendis, in pauperibus fratribus ſubleuandis, in omnibus denique rebus obſeruare iubemur.

§ *Pietatem in priuatis domibus non includentes, omnem locum in nomine Dei ædificatum honoramus. Et congregationem in Eccleſia Dei factam ad vtilitatem communem recipimus. Et* †*bona opera, quæ ſupra vires in fratres pauperes exercentur, ſecundum Eccleſiaſticas traditiones beatificamus: & omnia quæ conueniunt traditionibus Apoſtolicis, & Sanctarum ſcripturarum præceptis, in Eccleſia fieri exoptamus.* Item. Gregorius, Epiſto. 24. lib. 1.

† τὰς καθ' ὑπερβολὴν εὐποιΐας μακαρίζομεν.

Decipimur ſpecie recti. Vitiis enim ſuis, & erroribus homines imponunt frequenter nomen honeſtum, ſicut eſt in quodam Poëta.

SÆpe ſe vitia ingerunt, & ſe virtutes eſſe mentiuntur: vt Tenacitas, Parſimonia. Effuſio, Largitas. Crudelitas, Zelus iuſtitiæ. Remiſsio, Pietas velit videri. Item. Ex Concilio Cartha. 4. cap 14. & 15.

Non aulico faſtu, ſed Euangelico ritu: Non vanâ regum ſublimitate, ſed verâ Chriſti humilitate viuere ſimpliciter Chriſti Sacerdotes oportet.

EPiſcopus vilem ſuppellectilem, & menſam, ac victum pauperem habeat: & dignitatis ſuæ authoritatem, fidei & vitæ meritis quærat. Hoſpitium quoque non longè ab Eccleſia habeat. Item. Ex eodem cap. 45.

CLericus profeſsionem ſuam, & habitu, & inceſſu probet: & ideo nec veſtibus, nec calciamẽtis decorẽ quærat.

Ex *prædictis colligit*, Gratianus SICVT ergo in cibis mores eorum, cum quibus viuimus, obſeruare monemur: ſic & de indumentis intelligendum eſt. vt enim alibi dicitur. ———

QVi ſquis contemptis his cum quibus viuit, lautiora ſibi, vel auſteriora præ cæteris indumenta, vel ali-

menta quærit: aut Intemperans eſt: aut Superſtitioſus eſt.

Gratianus. IN inceſſu autem debet eſſe Sacerdos ornatus: Vt grauitate itineris, mẽtis maturitatem oſtendat. Incompoſitio enim corporis (vt Auguſtinus ait) inæqualitatem indicat mentis. Vnde hiſtoriographus ille. (*Saluſtius in principio Catilinarij belli.*) QVVM eius mutabilitatem deſcriberet, cuius conſcientia excitata curis mentem vaſtabat: inter cætera hoc etiã notabile indicauit dicens.——

Inceſſus eius modò citus, modò tardus.

Ad aliud (quod Sextum eſt) Epiſcopale ſchema progreditur Gratianus, in quo ſic eſt—

DISTINCTIO XLII.

ΔΕῖ ΤῸΝ ἘΠΊΣΚΟΠΟΝ ΦΙΛΌΞΕΝΟΝ ΕἾΝΑΙ.

ξένος appellatur quiuis aduena, peregrinus, & externus. φιλόξενος *Amatorum peregrinorum, aduenarum, & quorúmque peregrinorum. Latinis appellatur,* Hoſpitalis, qui promptus *& liberalis eſt ad omnium ſuſceptionem & tractationem, qui peregrè veniunt. Solummodo taxat erga ſuos, aut indigenas, & amicos hoſpitalis eſſet Epiſcopus, affectu laborant: ut eſſet (quod eſſe iubetur)* Philoxenus. *Ignotis & alienis egentibus debet Hoſpitalitatis officium. quod ita Gratianus probat.*

Benignitas, id eſt, Liberalitas & beneficentia, præſtandique facilitas (Hæc eſt Hoſpi*talitas) imperatur Sacerdotibus.*——Hoc *rationibus aliquot, & exemplis* Gratianus *probat, inquiens.*—— HOSPITALEM verò Sacerdotem eſſe oportet: ne ſit de numero eorum, quibus in iudicio dicetur: Hoſpes fui, & non ſuſcepiſtis me. *In certos* Canones *redegimus ſequentia, quæ* Gratianus *ex incertis authoribus compilauit.*

Matt. 25.

Euangelicus vir, primus faciat, quod aliis faciendum prædicat.

QVi ſecutus Apoſtolum fuerit, Alios ad Hoſpitalitatem debet inuitare. Quomodo autem Hoſpitalitatis exhortator eſſe poterit, qui domum propriam Hoſpitibus claudit? Si enim Sacerdos, primùm à ſeipſo, & à domeſtica ſua Eccleſia debet exigere, quod poſtea populis imperet: Si primùm, imitando Chriſtum, debet ipſe facere, quæ poſtea populum doceat: neceſſe eſt, vt pauperes Hoſpitio primus recipiat, quò ad Hoſpitalitatem faciliùs ſuo exemplo ſubditos attrahat.

Sacerdos

Digitized by Google

Sacerdos eſſe debet imitator eorum, qui fide, patientiâ, (nunc addo) benignitate promiſſiones hæreditauerunt. ad Heb. 6. vbi proponitur, vt hic, Abraham in exemplum.

ORdinandus itaque Sacerdos ad memoriam reuocet, quomodo Abraham, & Loth per Hoſpitalitatis opera, Deo placere, & Angelos hoſpitio meruerunt recipere: & quomodo Angeli Sodomis hoſpitalem domum ingreſsi, Loth cũ familia ſua liberauerunt: Et clauſas domos hoſpitibus, ignis ingreſſus perdiderit. Gene. 18. & 19.

Sacerdotem non largiri Eleemoſynas, perinde eſt, ac aliena rapere, & impium prorſus eſſe: quiſquis verò talis eſt, reiiciendus eſt, πλαστὴς. de quo Paulus hic.

QVomodo etiam (ſecundum Hieronymum) Aliena rapere conuincitur, qui vltra neceſſaria ſibi retinere probatur. Ac ſic, per omnia pietatis opera ſe inſtituat, vt præſentis vitæ ſubſidia, & æternæ claritatis præmia, à Deo percipiat. vtrũque enim pietati promittitur. Vnde Apoſtolus ſcribens ad Timotheum ait: Exerce teipſum ad pietatem. 1. Tim. 4. b. *Nam corporalis quidem exercitatio ad modicum vtilis eſt. Pietas autem eſt vtilis ad omnia, habens promiſsionem vitæ, quæ nunc eſt, & futuræ. Ab hac quiſquis alienus fuerit, in Sacerdotem ordinari nõ poterit. Si enim vidua ab Eccleſia recipi prohibetur, quæ pauperes non recepit hoſpitio, quæ pedes ſanctorum non lauit, quæ omne opus bonum non eſt executa: multò magis ſunt prohibendi à Sacerdotio, qui ab opere pietatis probantur alieni.* 1. ad Timo. cap. 5. Vnde. Quidam Hoſpitalitatis opera deſpicientes, in Gangrenſi concilio excommunicantur. ſic enim in eo ſtatutum eſt. cap. 11.

Anathema contempnenti fraternæ charitatis Symbola.

*SI quis deſpicit eos, qui * fideliter Agapas [id eſt conuiuia pauperum] exhibent: & propter honorem Do-* * ἐν πίστει.

Digitized by Google

† διὰ τὸ ἐξευτελίζειν τὸ γινόμενον.

mini conuocant Fratres: & noluerit communicare huiuſcemodi conuocationibus, † paruipendens quod geritur, Anathema ſit.

φιλοπρωτεύων Διοτρεφὴς *non eſt ordinandus. Nec enim ſolent eius generis homines eſſe* φιλόξενοι *Gratianus.*

HInc etiam Ioannes Euangeliſta in Epiſtola ſua tertia, quendam Diotrephen excommunicauit: qui nec pauperes recipiebat, & recipientes, de Eccleſia deiiciebat.

Gratianus. IN Hoſpitalitate autem nõ eſt habendus delectus perſonarum: ſed indifferenter, quibuſcunque ſufficimus, Hoſpitales nos exhibere debemus. Vnde Ioannes Chryſoſtomus, Homiliâ. 11. ad cap. 6. Epiſt ad *Hebræos.*

Vtinam Diotrephen quempiam (quando iam ſoli tales opima rodunt Eccleſia) Chriſtus excitet, qui Græcis omnibus ædendis Epiſcopi tanti ſcriptis agat Philoxenum. Nam magno talium dedecore (ſed erubeſcere neſciũt) maximo ſtudioſorũ damno peregrinantur apud nos.

Nullis tranſeuntibus peregrinis Eleemoſyna denegari debet.

QViescamus ab hac abſurda curioſitate, & diabolica, & pernicioſa. Si enim in Clero ſe electum eſſe dicat, ſi Sacerdotem ſe nominet, Scrutare: non enim ſine periculo in talibus indiſcuſſa communicatio eſt. Circa maiora, periculum vertitur: non enim das, ſed accipis. Si verò pro nutrimento poſtulat, nihil examines: Inquire quomodo Abraham Hoſpitalitatẽ, circa omnes tranſeuntes oſtẽdebat: ſi ſcrutator fuiſſet circa refugientes ad ſe, nunquam Angelos Hoſpitio recepiſſet. fortaſſis enim, non putans eos Angelos eſſe, cum reliquis repuliſſet: ſed quoniam omnes recipiebat, ſuſcepit & angelos. Non enim ex vita eorum, quos accipis, mercedem tibi retributurus eſt Deus: ſed ex voluntate tua, & liberalitate multa, ex miſericordia, ex bonitate. *Gratianus.* SED, Licet ipſa conuiuia deſpicienda non ſint, tamẽ non in Eccleſiis celebrari, nec Clericos ad ea conuocatos, partes ex eis ſibi tollere oportet. Vnde in Laodicenſi Concilio, cap. 27. & cap. 28.

Ex *Agape*

Ex Agape nullus accumbentium partem præſumat. Sed nec in æde ſacra præbeatur ἀγάπη.

NOn oportet † altaris Miniſtros, vel Clericos, aut Laicos, ad Agápen vocatos, partes tollere: propter iniuriam quæ ex hac occaſione Eccleſiaſtico ordini poterit † deputari. †ἱερατικούς. † προστρίβεσθαι.

Item. Mox ibidem.

NOn oportet † in Baſilicis, vel in Eccleſiis, Agápen facere: & † intus manducare † vel accubitus ſternere. † ἐν τοῖς κυριακοῖς. † ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ θεοῦ. † καὶ ἀκούβιτα στρωννύειν

Item. Ex Concilio Carthaginenſi. *Conciliorum Carthaginenſium Græcè conſcriptorum, Canon præſens eſt quadrageſimus ſecũdus. In æditis Latinè Conciliis eſt trigeſimus Concilij tertij Carthag. habiti Cæſario, & Attico Coſ. Hoc eſt. Anno ſalutis 398.*

Qui domos habent, in templo Dei nec edere nec bibere debent. 1. ad Corinth. 7.

NVlli Epiſcopi, vel clerici in Eccleſia conuiuentur: niſi fortè tranſeuntes, hoſpitiorum neceſſitate, † illic reficientur. Populi etiam ab huiuſmodi conuiuiis (quantùm poteſt fieri) prohibeantur. Item. Ex dictis beati Benedicti Abbatis. *Ex cap. 19. De diſciplina pſallendi. Et ex cap. 20. De reuerentia orationis. In regula. S. Benedicti. Canon præſens elici poteſt.* †ἐκεῖ καταλύσωσιν.

Domus Dei, domus eſt orationis, non alterius cuiuſuis actionis. Io. 2.

ORatorium, hoc ſit, quod dicitur: nec ibi quicquam aliud geratur, vel tradatur, quàm quod diuinis laudibus conueniat. Item. Auguſtinus Epiſto. 109. ad Monachas.

Quamquam non ſic legatur in Auguſtino. ſed eſt———

In Oratorio nemo aliquid agat, niſi ad quod eſt factum: vnde & nomen accepit.

IN oratorio, præter orandi & pſallendi cultum, penitus nihil agatur: Vt huic nomini & opera iugiter impenſa concordent. *Dictum ſatis de Hoſpitalitate, Gentilium quoque literis cõmendata virtute. Iam ſe Gratianus aliò vertit, explicans Apoſtolum, qui ſeptimo loco iubet Epiſcopum eſſe.*———

ΔΙΔΑΚΤΙΚΌΝ.

Huius loci verſio duplex erat annis Hieronymi. quædam, Docilem transferebat. Hanc ipſe taxat, & Latinam ſimplicitatem vocat, id eſt, non ſatis aptam Latinitatem, libro contra Pelagianos primo. Quo in loco διδακτικὸν idem vertit, Qui docere poßit. quæ vera eſt ſignificatio vocis. Nam διδακτικὸς eſt appoſitus, paratus, aptus ad docendum. Docibilem dixerunt 2. ad Timoth. cap. 2. Secunda verſio διδακτικὸν, Doctorem dicebat. Hanc ille ſequitur primo contra Iouinianum libro. Et in fine Epiſtolæ ad Oceanum. quæ noſtra quoque vulgaris eſt, atque recepta. Qualitas vna Chriſtianis Epiſcopis maximè propria. De qua Sanctus ille Doctor Epiſcoporum legatur in locis modò citatis. Alios quoſdam citantem Gratianum videamus.

DISTINCTIO XXXXIII.

Gratianus. PVDICVS quoque debet eſſe Sacerdos, Vt & moribus, & verbis pudorem indeſinenter exhibeat. Vnde in Canticis Canticorum, Genæ ſponſæ, id eſt, Prædicatores, Turturi comparantur. *Quod in principio De Sacerdotali pudicitia, hoc eſt, de religioſa quadam puritate atque munditia repetit hic Gratianus, pertinet ad ſex primas Eucrinias abundè ſuperius elucidatas. Quare modò non aliud afferam, quàm quod, Dei Sacerdotes oportet ὅσα σεμνὰ, id eſt, quæcunque pudica, non ſolum facere, ſed etiam cogitare. ad Philip. cap. 4. Nedum manibus, ſed oculis quoque, victu, veſtitu continentes eſſe. Quæ fuit Athenienſis cuiuſdam Prætoris (Periclis, vt puto) de quibuſcunque Magiſtratibus ſententia. Iam de Presbyterorum doctrina.*

Cant. 5. e.

Epiſcopo nihil prodeſt, conſcientiâ virtutum frui, ſi non & creditum ſibi populum poſſit inſtruere. *Gratianus*

DEbet Epiſcopus Gratiam docendi habere: quia (vt Hierony. ait, ad Oceanũ) Innocentis, abſque ſermone, conuerſatio, quantùm exẽplo prodeſt, tantùm ſilentio nocet. nam latratu canũ, & baculo Paſtorũ, lupi ſunt arcẽdi.

Gratianus. IN ipſa autem doctrina Diſcretum oportet eſſe Rectorem: ne aut tacenda proferat, aut dicenda taceat. Vnde Gregorius in 4. cap. ſui Paſtoralis. parte 2. ait. *Huc integrum tranſcripſit illud quartum caput.*

Nec omnia, nec omnibus, nec paßim, Doctor Euangelicus de Euangelio dicere debet. Matt. 7. Act. cap. 16.

SIt Rector diſcretus in ſilentio: vtilis in verbo: ne aut tacenda proferat, aut proferenda reticeſcat. Nam ſicut incauta locutio in errorem pertrahit: ita indiſcretum ſilentium eos, qui erudiri poterant, in errore derelinquit. Sæpe namque Rectores improuidi humanam amittere gratiam formi-

Digitized by Google

formidãtes, loqui liberè recta pertimeſcunt: & iuxta Veritatis vocem, Nequaquam gregis cuſtodię, Paſtorum ſtudio, ſed Mercenariorum vice, deſeruiunt: quia veniente Lupo, fugiunt, dum ſe ſub ſilentio abſcondunt. Ioan. 10.c.

Silentium Rectoribus & Epiſcopis populorum pernitioſum eſt. (Auguſt. Epiſt. 203.) Vt alia non agamus (ait Hieronymus, lib. contra Pelag. 2.) Vt abſtineamus nos ab omni ſpecie peccatorum, certè, Verum tacuiſſe peccatum eſt.

§ *Hinc namque eos per prophetam Dominus increpat, dicens: Canes muti, non valentes latrare. Hinc rurſus queritur, dicens: Non aſcendiſtis ex aduerſo, neque oppoſuiſtis murum pro domo Iſraël, vt ſtaretis in prælio, in die Domini. Ex aduerſo quippe aſcendere, eſt pro defenſione gregis, voce liberâ, huius mundi poteſtatibus contraire. Et, In die Domini in prælio ſtare, Eſt prauis decertantibus ex iuſtitiæ amore reſiſtere. Paſtori enim recta timuiſſe dicere, quid eſt aliud, quàm tacendo terga præbuiſſe? qui nimirùm ſi pro grege ſe obiicit: murum pro domo Iſrael hoſtibus opponit. Hinc rurſus delinquenti populo dicitur: Prophetæ tui viderunt tibi falſa & ſtulta: nec aperiebant tibi iniquitatem tuam, vt te ad pœnitentiam prouocarent. Prophetæ quippe in Sacro eloquio nonnunquam Doctores vocantur: qui dum fugitiua eſſe præſentia indicant, quæ futura ſunt manifeſtant: quos Diuinus ſermo falſa videre redarguit: quia dum culpas corripere metuunt, incaſſum delinquentibus, promiſſâ ſecuritate, blandiuntur: qui iniquitatem peccantium nequaquam aperiunt, quia ab increpationis voce conticeſcunt. Clauis quippe apertionis, eſt ſermo correptionis: quia increpatio, culpam detegit, quam ſæpe neſcit ipſe etiam,*

Eſaiæ. 56.d. Ezech. 13.a. Thren. 2.

Digitized by Google

Ad Tit. 1. b. *qui perpetrauit. Hinc Paulus ait: Vt potens ſit in Doctrina ſana exhortari, & eos, qui contradicunt, redarguere.*
Malach. 2. b *Hinc per Malachiam dicitur: Labia Sacerdotis cuſtodiunt Scientiam, & Legem requirunt ex ore eius: quia*
Eſaiæ. 58. a. *Angelus Domini exercitum eſt. Hinc per Eſaiam Dominus admonet, dicens: Clama, ne ceſſes, quaſi tuba exalta vocem tuam. Præconis quippe officium ſuſcipit, quiſquis ad ſacerdotium accedit: vt ante aduentum iudicis, qui terribiliter ſequitur, ipſe, ſcilicet, clamando gradiatur.*

Non eſt à Spiritu Dei factus Epiſcopus, qui verba Spiritus aßiduè non prædicat.

§ *Sacerdos ergo ſi prædicationis eſt neſcius, quam clamoris vocem daturus eſt præco mutus? Hinc eſt enim quod in actibus Apoſtolorum legitur: Super paſtores*
Act. 2. b *primos, in linguarum ſpecie, Spiritus Sanctus inſedit, quia nimirũ quos repleuerit, de ſe protinus loquentes facit.*

Sacerdos abſque tintinnabulis nõ impunè domum Domini vel ingreditur, vel egreditur. Apoſcopi regij diſcant hinc, quænam ſint iſta Sacerdotalia Tintinnabula.

Exodi. 28. § *Hinc Moyſi præcipitur in Exodo, Vt tabernaculum Sacerdos ingrediens tintinnabulis ambiatur: vt videlicet, Prædicatoris voces habeat, ne ſuperni ſpectatoris iudicium ex ſilentio offendat. Scriptum quippe eſt: Audiatur ſonitus, quando ingreditur & egreditur ſanctuarium in conſpectu Domini: & non moriatur. Sacerdos námque ingrediens vel egrediens moritur, ſi de eo ſonitus non auditur: quia iram cõtra ſe occulti iudicis exigit, ſi ſine prædicationis ſonitu incedit.*

Coram Domino nudus eſt Sacerdos, qui non eſt Iuſtitiâ veſtitus, id eſt, Vniuerſâ virtute. Veſtes enim Sacerdotis opera bona, id eſt, Iuſtitiam deſignant.

§ *Apte*

Digitized by Google

§ *Aptè autem tintinnabula veſtimentis illius deſcribuntur inſerta. Veſtimenta enim Sacerdotis quid aliud, quàm recta opera debemus accipere? Prophetâ teſtante, qui ait: Sacerdotes tui induantur iuſtitiam. Veſtimentis itaque illius tintinnabula inhærent, ſi vitæ vitam cum linguæ ſonitu ipſa quoque bona opera Sacerdotis clament.* Pſal.131.

Doctoris Chriſtiani ſermo, non in doctis humanæ Spientiæ verbis, Sed in gratia debet eſſe ſale conditus. Vt ſciat, quomodo cuique loqui, quomodóque reſpõdere debeat, 1. Corinth. 2. *&* ad Coloſſ. 4.

§ *Sed quum Rector ſe ad loquendum præparat, ſub quanto cautelæ ſtudio loquatur, attendat: ne ſi inordinatè ad loquendum rapitur, erroris vulnere corda audientium feriantur: & quum fortaſſe Sapiens videri deſiderat, vnitatis compagem inſipienter abſcindat. Hinc nanque Veritas dicit: Habete Sal in vobis. &, Pacem habete inter vos. per Sal quippe verbi Sapientia deſignatur. Qui loqui igitur ſapienter nititur, magnopere metuat, ne eius eloquio audientium vnitas confundatur. Hinc Paulus ait: Non plus ſapere, quàm oportet ſapere: ſed ſapere ad ſobrietatem.* Marci. 9. g. Rom. 12. a.

Mali Punici (quod alij Malum Granatũ vocant) ſpecies intexta Sacerdotali veſti duo ſignificat: Et Eccleſiæ gremiũ, quæ omnem credentium turbam ſuo cortice tegit: Et Veritatẽ conſonantiámque virtutum. iuxta illud, multitudinis credentium cor erat vnum, & anima vna. Sic enim ſinguli ſunt in Eccleſia diuiſi gradus, vt omnes eadem compage teneantur. Hæc Hieronymus in opuſculo, de quadragintaduab. Manſionib. loquens de Manſione decima ſexta. To.3.

§ *Hinc in Sacerdotis veſte; iuxta Diuinam vocem, tintinnabulis mala Punica coniunguntur. Quid enim per mala Punica, niſi fidei vnitas deſignatur? Nam ſicut in malo Punico, vno exterius cortice, multa interiùs grana muniuntur: ſic innumeros ſanctæ Eccleſiæ populos vnitas* Exodi. 28. f.

ſidei contegit, quos intus diuerſitas meritorum tenet. Ne igitur Rector incautus ad loquendum proruat: hoc, quod iam præmiſimus, per ſemetipſam Veritas diſcipulis clamat: Habete Sal in vobis &, Pacem habete inter vos. ac ſi figuratè per habitum Sacerdotis dicat: Mala Punica Tintinabulis iungite: vt per omne, quod dicitis, Vnitatẽ fidei, cautâ obſeruatione, teneatis.

Mar.9.g.

Doctoris Chriſtiani, tanquam prudentis viri, ſermo, ſtaterâ ponderari debet. Eccleſiaſtici cap.21. Id eſt, Vt neque longus, neque breuis exiſtat, Vterque noxius eſt.

§ *Prouidendum quoque eſt, ſolicitâ intentione, Rectoribus, vt ab eis, non ſolùm praua nullo modo, ſed ne recta quidem nimiè & inordinatè proferantur: quia ſæpe dictorum virtus perditur, quum apud corda audientium, loquacitatis incautâ importunitate leuigatur. & authorem ſuum hæc eadem loquacitas inquinat, quæ ſeruire auditorib⁹ ad vſum profectus ignorat. Vnde bene per Moyſen dicitur: Vir qui fluxum ſeminis patitur, immundus erit. In mente quippe audientium ſemen ſequuturæ cogitationis, eſt qualitas auditæ locutionis: quia dum per aurem ſermo concipitur, cogitatio in mente generatur. Vnde & ab huius mundi Sapientibus, Prædicator egregius, Seminiuerbius eſt vocatus. Qui ergo fluxum ſeminis patitur, immundus aſſeritur: quia multiloquio ſubditus, ex eo ſeſe inquinat, quod ſi ordinatè promeret, prolem rectæ cogitationis ædere in audientium corda potuiſſet: dúmque incautus per loquacitatem defluit, non ad vſum generis, ſed ad immunditiam, ſemen effundit. Vnde Paulus quoque quum diſcipulum de inſtantia prædicationis admoneret, dixit: Teſtificor coram Deo & Chriſto Ieſu, qui iudicaturus*

Leuit.15.a.

Act.17.d.

2.Tim. 4.a.

turus

 142

turus eſt viuos & mortuos, & per aduentum ipſius, & regnum eius: Prædica verbum: Inſta opportunè, importunè. Dicturus Importunè, præmiſit, Opportunè: quia, ſcilicet, apud auditoris mentem ipſa ſuâ vtilitate ſe deſtruit, ſi habere Importunitas Opportunitatem neſcit. Item. Clemens Petri Pauliſque diſcipulus ac ſucceſſor, in Epiſtola ſua tertia Chriſtianis omnibus deſcripta, ſic habet ad illius Epiſtolæ finem.

Secreta doctrinæ Cœleſtis, non ſunt hominibus deploratæ maliciæ communicanda: Sed auidis duntaxat, aut certè ſanabilibus aperienda.

IN mandatis habemus, Vt venientes ad ciuitatem, diſcamus prius, quis in ea dignus ſit, vt apud eum, cibum ſumamus: quantò magis noſcere conuenit, quis, qualiſve ſit is, cui immortalitatis verba credenda ſunt? Soliciti enim debemus eſſe, Ne margaritas noſtras mittamus ante porcos. Sed & ob alias cauſas vtile eſt viri huius habere notitiam. Si enim ſciam, quia in his, de quibus non poteſt dubitari quòd bona ſint, emendatus eſt & inculpabilis, Hoc eſt, Si ſobrius, ſi miſericors, ſi iuſtus, ſi mitis & humanus eſt (quæ vtique bona eſſe nullus ambigit) tunc conſequens videbitur, vt ei, qui obtinet bona virtutum, etiam quod deeſt fidei & ſcientiæ conferatur: & in quibus maculari eius vita videbatur, quæ eſt in reliquis probabilis, emendetur. Si verò in his, quæ palam ſunt, peccatis inuolutus, permanet inquinatus: non me oportet aliquid de ſecretioribus & remotis diuinæ Scientiæ proloqui: ſed magis proteſtari & conuenire illum, vt peccare deſinat, & actus ſuos à vitiis emendet.

Matth. 10.
Matth. 7. a

Ita malis hominibus eſt reſpondendum, vt peiores non fiant: & boni tamen ſibi non videantur.

Digitized by Google

§ *Quòd ſi ingeſſerit ſe, & prouocauerit nos dicere, quæ eum minus rectè agentem non oporteat audire: prudenter eum debemus eludere. Nam nihil omnino reſpondere, auditorum causâ, vtile non videtur: ne fortè exiſtiment nos reſponſionis penuriâ declinare certamen: & ſic fides eorũ lædatur, non intelligentiũ propoſitum noſtrum.*

Item. Anacletus, De oppreſsione Prælatorum. Epiſt.1. *Hic Romæ ſedebat temporibus Domitiani.*

Vt ab oratione pro perſequutoribus noſtris, ſic ab eorumdem admonitione, deſiſtendum non eſt.

SCimus autem multos ob id infeſtare Doctores ſuos, vt eos perdant, & placita propriæ voluntatis adimpleant. Non propterea tamen Doctores (inquantùm vires ſuppetunt) à recta emulatione, & bona inſtitutione, recedere debent: ſcientes, quia, Beati, qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam. Matt.5.

Item. Gregorius Venantio Epiſcopo. Epiſtola eſt 33. *lib.*1.

*Sanguinem ſubiectorum pereuntium requirit Deus è manibus negligentium præfectorum. Ezech.*3.

Act.20.f. *EPheſiis Paulus dicit: Mundæ ſunt hodie manus meæ à ſanguine omnium veſtrûm. Nõ enim ſubterfugi quò minùs annuntiarem omne conſilium Dei vobis. Mundus ergo à ſanguine eorum non eſſet, ſi eis Dei cõſilium annuntiare noluiſſet. quia, quum increpare delinquentes noluerit, eos proculdubiò tacendo Paſtor occidit.*

Item. Nicolaus Papa.1. circa finem Epiſtolæ prolixæ ad Michaelem Imperatorem Conſtantinopolitanum.

Aeternæ pœnam damnationis incurrit Epiſcopus, qui ſemen verbi Dei non ſpargit. Eadémque pœnâ tenetur, quiſquis diſperſum fideliter non excipit.

Diſpenſatio

Digitized by Google

DIſpēſatio eſt nobis cœleſtis ſeminis iniūcta: vę ſi nō ſparſerimus: væ ſi tacuerimus. Quod quum electionis vas formidet, & clamet, quātò magis cuilibet exiguo metuendū eſt? Proinde, ſicut nō leue diſcrimen incumbit Pontificibus ſiluiſſe pro Diuinitatis cultu, & Eccleſiæ correctione, quod congruit: ita his (quod abſit) non mediocre periculum eſt, qui quum debeant parere, deſpiciunt. 1. Cor. 9. Gratianus. PARITER quoque obſeruare debet Sacerdos, Ne indignis & non intelligentibus, Secreta myſteria, ſuâ prædicatione, reſerare incipiat Qui enim ea docet, quæ ab auditoribus non valent intelligi: non ad eorum vtilitatem, ſed ſui oſtentationem facit. Vnde in expoſitione. Beati immaculati. dicitur. *Hoc initiū eſt Pſalmi centeſimi decimioctaui. Nomen authoris appoſuiſſet Gratianus: Indicaſſemus locum. Nam prolixus eſt ille Pſalmus: in quem prolixè multi quoque ſcripſere: præ cæteris, diuus Ambroſius duos & viginti Sermones in illum compoſuit. Digna Canone ſententia, cuiuſcúnque ſit.*

Garrulus eſt, Adulator, aut Glorioſus, qui non dicenda diuulgat.

VItium animi eſt indignis ſecreta vulgare: quod ſit vel loquacitate incautâ, dum ſine iudicio volat irreuocabile verbum: vel adulatione, vt ei placeat, cui ſecreta reuelat: vel iactatione ſcientiæ, vt plura ſcire videatur.

Gratianus. Ex quibus omnibus profectò datur intelligi, Quanta debet eſſe diſcretio in prædicatione Sacerdotis: quâ ſi fortè caruerit, tanquam torto naſo, Sacerdotalis officij iudicatur indignus.

Doctos eſſe debere Sacerdotes oſtendimus integris tribus diſtinctionibus 36. 37. 38. ſuperiùs. In hac autem. 43. diſtinct. monſtratur, quòd ipſos non tantummodò Doctos, ſed etiam Doctores decet eſſe. Doctores quidem, Non qui Laureâ, Pileolis, & Annulis inſigniantur (quandoquidem plures iam ſumus tales Doctores, *quàm* Docti) Sed Doctores, *qui doceant: qui nomini, quod vſurpant, actu reſpondeant.* Iam dos octaua *Sacrorum miniſtrorum ſequitur. Apoſtolus* Epiſcopum *iubet eſſe,*———

ΜῊ ΠΆΡΟΙΝΟΝ.

Quod Hieronymus, *omnéſque Latini traducunt Non vinolentum, Vino non obnoxium, ſeu non vinoſum, non ebrioſum.* Solus Chryſoſtomus *(ex conſequenti Theophylactus) ait,* πάροινον, οὐχὶ τὸν μέθυσον ἐνταῦθα φησὶν ἀλλὰ ὑβριστὴν, τὸν αὐθάδη. *Paroenum hic ebrioſum non dicit Apoſtolus: Sed iniurioſum, moroſum, ſuperbum, ſibi placētem, in alios debacchantem: qualibus vitiis ebrij madere ſolent: Noſtram cum Gratiano ſequemur æditionem vulgatam. Præſertim, quum Paulus ipſe de Diaconis paulò poſt loquens, hanc velut exponat vocem.* μὴ οἴνῳ πολλῷ προσέχοντας. *Id eſt, Non vino multo deditos: quod eſt, non vinolentos. De Clericali ſobrietate plura iam diximus in Dioriſmo 35.*

Digitized by Google

DISTINCTIO. XLIIII.

Parcitas, Tēperantia, Sobrietas maximè decēt Chriſti Sacerdotem. Cōtrà verò, Popinatio, Ingluuies, Heluatio maximè dedecent. Rom.13.d

Gratianus. QVVM autem Vinolentus eſſe prohibetur, Gulæ intemperātiam nequaquam habere permittitur. neque enim Ebrietas prohibetur, & Voracitas permittitur: vtrunque enim inter opera tenebrarum Apoſtolus commemorat ſcribens Romanis: Non in Comeſſationibus, & Ebrietatibus. Ventris nanque ingluuies ad luxuriam prouocat facilè, & omne opus bonum diſſoluit.

Vnde Hieronymus Amandi Presbyteri Quæſtioni ſecundæ reſpondens. Epiſtol. Breuis Epiſtola. To.3. *Gratianus mutauit verba: ſenſum retinuit. Ibi ſic habetur.*

VEntrem diſtentum cibo, & potionibus irrigatum, voluptas Genitalium ſequitur. Et pro membrorum ordidine, ordo eſt vitiorum. *Rurſus idem primum caput exponens ad Titum.*

SPecta Ventrē, & Genitalia. Pro qualitate vitiorum, ordo membrorum. *Quæ verò Gratianus hîc retulit, verba ſunt Auguſtini Sermonum De tempore 65. To. 10. His alicunde ſumptam Nabuzardam archimagiri tropologiam ſubdidit. Aliud ex hinc Hieronymi verbum adiecit, quod eſt in fine cap.3. Commentariorum in Michæam. To.6.*

VEnter, & Genitalia ſibimetipſis vicina ſunt: ut ex vicinitate membrorum, confœderatio intelligatur vitiorum. *Gratianus.* HINC Nabuzardam Princeps cocorum muros Hieruſalem deſtruxiſſe legitur: quia venter, cui multitudo cocorum deſeruit, ædificia virtutum ad ſolum redigit. Sacerdos itaque de altari viuere, nō luxuriari quærat. Vnde ait Hieronymus.

4.Reg.vlt.

TIbi, ô Sacerdos, de altari viuere, non luxuriari permittitur. *Gratianus.* SVNT autem Comeſſationes, non ſolùm Sacerdotibus, ſed etiam Laicis noxiæ: qui feſtiuos & ſolennes dies non aliter ſe dignè celebrare putant, niſi comeſſationibus deſeruiant. Vnde Auguſtinus ſcribit ad Aurelium Epiſcopum. Epiſt.64. *Quam Gratianus non magno cum iudicio diſcidit.*

Comeſſationes & Compotationes fœdæ quidem ſunt, & omnibus flagitioſæ: Sed Eccleſiæ prætextu factæ, ſunt etiam ſacrilegæ. Auguſti.

COmeſſationes, & Ebrietates ita conceſſæ & licitæ putantur, vt in honorem etiam beatiſſimorū martyrum,

non

Digitized by Google

non ſolùm per dies ſolennes (quod ipſum, quis non lugendũ videat, qui hæc non carnis oculis inſpicit?) ſed etiam quotidie celebrentur. Et poſt pauca. ———

Mala populi conſuetudo ſenſim diuinis minis & monitionibus, non hominum ſtatim pœnis & terroribus eſt tollenda.

§ *Non ergo aſperè (quantùm exiſtimo) non duriter, non modo imperioſo iſta tolluntur: ſed magis docendo, quàm iubendo: magis monendo, quàm minando. Sic enim agendum eſt cum multitudine peccantiũ. Seueritas autem exercenda eſt in peccata paucorum. Et ſi quid minamur, cum dolore fiat, de ſcripturis comminando vindictam futuram: ne noſipſi in noſtra poteſtate, ſed Deus in noſtro ſermone timeatur. Itaque priùs monebuntur ſpiritales, aut ſpiritalibus proximi: quorum authoritate, & leniſſimis quidem, ſed inſtantiſſimis admonitionibus, cætera multitudo frangatur.* Item. Ex concilio Laodicenſi. cap. 24.

Clerico, niſi peregrinanti, nefas eſt cauponari: vel, ad edendum, potandúmve, cauponam ingredi.

*NOn oportet * Clericos, à Preſbyteris vſque ad Diaconos, & deinceps ordinis Eccleſiaſtici omnes, vſque ad * miniſtros, aut Lectores, aut Exorciſtas, aut Oſtiarios, aut Pſalmiſtas, * aut etiam eos qui in propoſito continentiæ ſunt, tabernas intrare.* Item. Ex ſexta Synodo. Nonus eſt Synodi Canon.

* ἱερατικοὺς.
* ὑπηρετῶν.
* ἢ τοῦ τάγματος τῶν ἀσκητῶν.

*NVlli Clerico licet * tabernam aut ergaſterium habere. Si enim * huiuſmodi tabernam ingredi * prohibetur: * quantò magis aliis miniſtrare in ea? Si quis verò tale quid fecerit: aut ceſſet, aut deponatur.* Item. Ex Concilio Carthaginenſi. *Conciliorum Carthaginenſium Græcè conſcriptorum*

* καπηλικὸν ἐργαστήριον.
* τῶ τοιούτῳ.
* οὐκ ἐπὶ τέτρακται.
* καὶ ἃ μηδὲ αὐτῷ ἐγχωρεῖν.

Canon præſens eſt quadrageſimus. In *æditis Latinè* Conciliis *eſt vigeſimus ſeptimus,* Concilij *tertij* Carthaginenſis *: perperam quarto tribuunt.*

CLerici, edendi vel bibendi cauſſâ, tabernas non ingrediantur: niſi peregrinationis neceſſitate compulſi.

Item. Gregorius Natali Epiſcopo Salonitano Epiſt. 14. lib. 2.

Conuiuatoris Epiſcopi culpa non leuis eſt: & eius etiam, qui maiores non reueretur.

MVltis ab vrbe tua venientibus (frater chariſſime) didici, Paſtorali curâ derelictâ, ſolis te conuiuiis occupatum: quæ audita non crederem, niſi hæc actionum tuarum experimentis probarem. Nam, quia nequaquam lectioni ſtudeas, nequaquam exhortationi inuigiles, ſed ipſum quoque vſum Eccleſiaſtici ordinis ignores: hoc eſt in teſtimonium, quòd his, ſub quibus es poſitus, ſeruare reuerentiam neſcis. Idem. Ad eundem Epiſt. 37. eodem lib. 2.

Ea demum Clericis conuiuia licet inire, per quæ nihil ingeniorum impeditur, nec temperantiæ modus amittitur. Auguſtinus, *alioqui fugitans conuiuiorum, ſic ſe tamen natali ſuo die conuiuatum, ſed & quotidie conuiuari ſolitum ſcribit, initio libelli de beata vita.* To. 1.

COnuiuia communia, quæ ex intentione impendendæ charitatis fiunt, rectè veſtra fraternitas in ſuis epulis laudat: ſed tamen ſciendum eſt, quia tunc ex charitate veraciter prodeunt, quum in eis nulla abſentium vita mordetur: nullus ex irriſione reprehenditur: nec in eis inanes ſecularium negociorum fabulæ, ſed verba ſacræ lectionis audiuntur: quum non plus, quàm neceſſe ſit, corpori ſeruitur, ſed ſola eius infirmitas reficitur, vt ad vſus exercendæ virtutis habeatur. Hæc itaque ſi vos in veſtris cõuiuiis agitis, Abſtinentium (fateor) magiſtri eſtis. Item. Ex Concilio Nanetenſi. *Nannetes (quos & Nannitas Ptolemæus appellauit) Celticæ Galliæ populus eſt, ad hoſtia Ligeris. Vrbs ibi celebris, gentis ferè nomen retinens.* Nantès, *Epiſcopi ſedes. Vbi quondam celebratum* Concilium, *ſæpe* Gratianus *hoc in opere citat.*

Digitized by Google

citat. Illius autem neque tempus habetur, nec aliud quippiam (quod ego ſciam) præter iſta Gratiani fragmenta, ſupereſt. Per antiquum fuiſſe conuenit, nam Paleis annumerant.

Nequaquam turpibus & obſcœnis Canticis, aut iocis obſtrepere, Multóque Vino decet hilareſcere conuiuia clericorum.

NVllus Preſbyterorum, quando ad anniuerſarium diem XXX, aut VII, vel III, alicuius defuncti, aut quâcunque vocatione ad Collectam conuenerit, ſe inebriare vllatenus præſumat: nec precatus, amore Sanctorum, vel ipſius animæ, bibere, aut alios ad bibendum cogere, vel ſe alienâ precatione ingurgitare, nec plauſus & riſus inconditos, & fabulas inanes ibi referre, aut cantare præſumat: aut turpia ioca, vel vrſo, vel tornatricibus ante ſe fieri patiatur: nec laruas dæmonum ante ſe ferri conſentiat: quia hoc diabolicum eſt, & Sacris Canonibus prohibitum. Rurſus in eodem.

Presbyterorum conuiuium à precatione cœptum, in precationem deſinat: Sacra verò lectio medium teneat. Homiliam Chryſoſtomi legas, De fide Annæ Samuelis. To. 1.

QVando autem conueniunt Preſbyteri ad aliquod cõuiuium, aliquis prior illorum verſum ante menſam incipiat, & cibum benedicat: & tunc ſecundum ordinem ſedeant, alter alteri honorem præbentes: & per vices cibum & potum benedicant: & aliquis de illorum Clericis aliquid de Sancta ſcriptura legat. Poſt refectionem ſimiliter hymum dicant, ad exemplum Domini, ſicut in Cœna feciſſe legitur: & ſe contineant omnes Preſbyteri, maximè in talibus locis: Vt non vituperetur miniſterium eorum.
Rurſus in eodem.

Sic ſua conuiuia Presbyteri celebrare debent, vt à menſa mox oraturi ſurgere valeant.

QVando Preſbyteri, per Calendas ſimul conueniunt, poſt peractum Diuinum miniſteriũ, ad neceſſariam

collectionem, non quaſi ad plenam refectionem, ſed quaſi ad prandium, ibi ad tabulas reſideant: ne per talia inhoneſta conuiuia ſe inuicem grauent: quia indecens eſt & oneroſum: ſæpe etiam tardè ad Eccleſiam redeuntes, maius damnum de reprehenſione conſequuntur (quod de grauedine mutua contrahunt) quàm lucrum ibi faciant: nam de huiuſmodi conuentu Paulus Corinthios reprehendit: quia
1.Co.11.c. *inconuenienter Cœnam Dominicam manducare conueniebant. Sic & qui ad Cœnam Dominicam, id eſt ad collationem verbi, ſub occaſione conueniunt, & ex ingluuie, ventris cauſâ, coniunguntur, reprehenſibiles coram Deo, & hominibus habentur. Et ideo peractis omnibus, Qui volunt, panem cum charitate in domo fratris ſui ſimul cum fratribus frangant: & ſinguli ſingulum bibere faciant: & maximè vltra tertiam vicem, poculum non contingant: & ſic ad Eccleſias redeant.* Item. Ex Conſilio Laodicenſi. *Græcis eſt. 54. In æditione Latina. 55.*

Clericis ad Sympoſia vetatur Symbola dare. Laicis quóque.

†ἱερατικούς. †συμπόσια. *NOn oportet† altaris Miniſtros, aut Clericos, ex Symbolis† conuiuia celebrare. Sed nec Laicos.* Item. Ex Concilio Toletano, cap. 7. *Quum per Hiſpaniam damnata plenè fuiſſet hæreſis Ariana, circa tempora Pelagij Papæ. 2. Hoc eſt, anno Chriſti. 508. vel eò circa, fuit habitum præſens* Concilium.

A Pontificalibus, & Sacerdotalibus cœnis, Sacrarum ſcripturarum ferculum remoueri nunquam debet.

PRo reuerentia Dei, & Sacerdotum, id vniuerſa conſtituit Synodus, vt (quia ſolent crebrò menſis ocioſæ fabulæ interponi) in omni Sacerdotali conuiuio lectio Diuinarum ſcripturarũ miſceatur. Per hoc enim & animæ ædificantur ad bonum, & fabulæ non neceſſariæ prohibentur.

Item·

Item. Ex Concilio Martini Papæ, cap. 62.

Symbolorum collatores improbantur.

NOn liceàt Sacerdotes, vel Clericos, ſed nec religioſos Laicos, conuiuia facere de Conſertis. Ex eodem, in cap. 66.

Hora cibi ſumendi præſcripta Clericis eſt Hora tertia (modò nobis accedit ad decimã) qui non niſi multa cum gratiarum actione ſumendus eſt.

NOn oportet Clericos, vel Laicos religioſos ante Sacram horam diei tertiã inire conuiuia: nec aliquàndo Clericos, niſi Hymno dicto, comedere panem: & poſt cibos, gratiam authori Deo referre. Gratianus ita concludit.

SI ergo Laicis Comeſſationes damnabiles ſunt, multò magis Sacerdotibus imputantur ad gehennam. Venter enim pinguis (vt Hieronymus ait ad Nepotianum) craſſum ſenſum generat, quum Sacerdotalis ſenſus econtrariò vigil eſſe debeat & tenuis. Atque ideo, Edacitatis vitio obnoxii, in Sacerdotes vngi non debent. Hi enim (vt ait Gregorius in Morali.) qui adhuc vitiorum bello ſubiacẽt, nequaquam per prædicationis vſum præeſſe magiſterio cæterorum debent. *Hæc Gregorius in principio, cap. 12. lib. 23. moralis expoſitionis in Iob.*

Nona iam ſequitur Epiſcopi virtus, *Eâque perneceſſaria. Vetat illum* Paulus *eſſe.*——

ΠΛΗΚΤΗΝ.

Plictes dicitur percuſſor & verberator manu. Violenti, non caſtigantis nomen eſt. Attamen tranſlatè quoque Plictes *obiurgator, & improbus conuiciator appellatur. Aut qui ſermone conſcientias vulnerat aliorum. Gratianus hic vtrunque deſignat, Inquiens.*——

DISTINCTIO XLV.

Sequitur —— *Non percuſſorem.*

Gratianus. NON enim oportet Epiſcopum ita eſſe iraſcibilem & perturbati ſenſus, vt percutiat: qui debet eſſe patiens: ſed ſequatur eum, qui dorſum poſuit ad flagella. Vnde Gregorius ſcribit Ioanni Epiſcopo Conſtãtinopolitano. Epiſt. 52. libro ſecundo.

Non verberum, ſed verborum vi coërcere ſuos debet Epiſcopus.

Digitized by Google

QVid autem de Epiſcopis, qui verberibus timeri volunt, Canones dicant: bene Fraternitas veſtra nouit. Paſtores enim facti ſumus, non Percuſſores, egregius Predicator dicit: Argue, obſecra, increpa, In omni patientia & doctrina. Noua verò atque inaudita eſt iſta prædicatio, quæ verberibus exigit fidem. Item. In quodam Concilio. *In ſchedis & aduerſariis ſuis oblitus Gratianus Concilij nomen adſcribere, nos quoque reliquit incertos. Hoc æditi Conciliorum libri non habent. Succurrit, quod dicere noſtri ſolent. Allegationem generalem ſufficere.*

Cædere miniſtros Eccleſiæ verberibus, deforme ac ſeruile eſt, Ideo vetitum eſt. Honoris abrogatio triduana pro duriſſimis flagellis habetur.

NEminem quiſquam peccantem Clericum cæde attingat. Non Preſbyter Diaconum, non Epiſcopus Clericum, vel ſeruitorem Eccleſiæ ad cædem perducat. quòd ſi ita cauſa exigit, id eſt, Si incorrigibilis extiterit Clericus, triduò priuetur honore, vt pœnitens redeat ad matrem Eccleſiam. Item. Gregorius Paſchaſio Epiſcopo Neapoli. In Epiſt. 15. lib. 11.

Ducere, non Trahere decet infideles ad fidem.

QVi ſyncerâ intentione, extraneos à Chriſtiana religione, ad fidem cupiût rectam perducere: blandimentis debent, non aſperitatibus ſtudere: ne, quorum mentem reddita ad planû ratio poterat reuocare, pellat procul aduerſitas. Nam quicûque aliter agunt, & eos ſub hoc velamine à conſueta ritus ſui volunt cultura remouere: ſuas illi magis, quàm Dei cauſas probantur attendere.

Legalibus ſuis inter Chriſtianos ceremoniis Iudæos abſque vi relinqui Gregorius mandauit.

§ Iudæi ſiquidem Neapolim habitantes queſti ſunt nobis, aſſerentes, quòd quidam eos à quibuſdam feriarum

ſuarum

ſuarum ſolennibus irrationabiliter nitantur arcere: ne illis ſit licitum feſtiuitatum ſuarum ſolennia colere, ſicut eis nunc vſque, & parentibus eorum, longis retrò temporibus licuit obſeruare. quòd ſi ita ſe veritas habet, ſuperuacuæ rei videntur operam dare. Nam quid vtilitatis eſt, quando (etſi contra longum vſum fuerint vetiti) ad fidem illis, & conuerſionem nihil proficit? Aut cur Iudæis, qualiter cerimonias ſuas colere debeant, regulas ponimus, ſi per hoc eos lucrari non poſſumus? Agendum eſt ergo, vt potiùs ratione & manſuetudine prouocati ſequi nos velint, non fugere: vt eos, ex eorum codicibus oſtendentes quæ dicimus, ad ſinum matris Eccleſiæ Deo poſsimus auxiliante conuertere. Itaque fraternitas tua eos monitis, prout poterit, Deo adiuuante, ad conuertendum accendat: & de ſuis illos ſolennibus inquietari denuò non permittat: ſed omnes feſtiuitates feriáſque ſuas (ſicut hactenus tam ipſi, quàm parentes eorũ per longa colentes retrò tempora tenuerunt) liberam habeant obſeruandi, celebrandíque licentiam.

Item. Vniuerſis Epiſcopis per Galliam, & Germaniam conſtitutis. *Neque diuinare queo quis Pontificum ſcripſerit hæc ad alios.*

In Eccleſia, Delinquentem non ſtatim ſequitur de patrato delicto Iudicium.

LIcet accidant pleráque Sacerdotibus, quæ ſunt reprehendenda, plus tamen erga corrigendos agat beneuolentia, quàm ſeueritas, plus cohortatio, quàm comminatio, plus charitas, quàm poteſtas: quum nemo noſtrum ſine reprehenſione, aut ſine peccato viuat. Nam ſi Dominus ſtatim poſt trinam negationem, beatum Petrum Apoſtolum, præceptorem noſtrum iudicaſſet, non tantum ex eo fructum, ſicut fecit, recepiſſet. Expectandi ergo, atque corri-

Digitized by Google

gendi magis ſunt rectores Eccleſiæ, quàm ſtatim iudicandi. Vnde neceſſe eſt, quæque negocia Eccleſiaſtica, poſt multarum experimenta cauſarum, ſolicitiùs perſpici, & diligentius præcaueri: quatenus per Spiritum Charitatis & pacis, omnis materies ſcandalorum, & præſumptio inuidorum, atque oppreſſio ſimplicium fratrum de Eccleſiis Domini auferantur. Et ſicut non vult quiſquam fratrum ſe aliorum iudicio prægrauari: ita non audeat alij inferre, quod ſibi non vult fieri. *Gratianus.* Iudæi non ſunt cogendi ad fidem: quam tamen ſi inuiti ſuſceperint, cogendi ſunt retinere. Vnde. In *Toletano* Concilio. 4. ſtatutum eſt, cap. 56. circiter an. Do. 645.

Salus inuito ac reluctanti non confertur. Quòd autem Salutem velit aliquis, aut nolit inſcrutabilis eſt illa Dei voluntas.

DE Iudæis autem præcepit ſancta Synodus, Nemini deinceps ad credendum, vim inferri: cuius enim vult,
Rom. 9. d. *Deus miſeretur, & quem vult, indurat. Non enim tales inuiti ſaluandi ſunt, ſed volentes, vt integra ſit forma iu-*
Gen. 3. d. *ſtitiæ. Sicut enim homo, propriâ arbitrij voluntate, ſerpenti obediens periit: ſic, vocante ſe gratiâ Dei, propriâ mentis conuerſione, quiſque credẽdo ſaluatur. Ergo non vi, ſed liberâ arbitrij voluntate & facultate, vt conuertantur, ſuadendi ſunt, non impellendi.*

Heraclius *Imperator ab Ariolis monitus imperio* Chriſtianorum *magnum tunc imminere periculum à circunciſo populo,* Iudæorum *gentem ratus denotari, Quicunque toto ſuo regno* Iudæi *fuère,* Chriſtianos *fieri coëgit.* Idémque *vt facerent,* Dagobertum *Francorum, & Siſebutum* Viſigothorum, *Reges, (qui dudum* Gallias *& Hiſpanias occuparant) literis admonuit: quod & fecère. circiter annum Do. 639.* De *talibus hic agitur.*

Qui ſemel Chriſti fidem volens nolens profeſſus eſt, Hanc perpetuò ſeruare compellitur.

§ *Qui autem iampridem ad Chriſtianitatem venire coacti ſunt, (ſicut factum eſt temporibus religioſiſſimi principis*

Digitized by Google

principis Zizebuti) quia iam conſtat eos Sacramentis Diuinis ſociatos, & Baptiſmi gratiam ſuſcepiſſe, & chriſmate vnctos eſſe, & corporis ſanguiniſque Domini extitiſſe participes: oportet vt fidem etiam quam vi, vel neceſſitate ſuſceperunt, tenere cogantur, ne nomen Domini blaſphemetur, & fides, quam ſuſceperunt, vilis ac contemptibilis habeatur. Item. Leo Papa.1. Anaſtaſio Epiſcopo Theſſalonicenſi. In Epiſtol.82.

Sic noſtris delinquentibus fratribus adhibenda eſt correctio, vt ſalua ſemper maneat inter nos fraterna dilectio. Non enim dixit Apoſtolus, Increpa: *Sed, obſecra, vt fratres.* 1. Timoth. 5. *Rurſus, Argue (dixit) Increpa. verumtamen, ἐν πάσῃ μακροθυμίᾳ.* 2. ad Timoth. 4.

LIcet nonnunquam accidant, quæ in Sacerdotalibus ſunt reprehendenda perſonis: plus tamen erga corrigendos agat beneuolentia, quàm ſeueritas, plus exhortatio quàm comminatio, plus charitas quàm poteſtas. Sed ab his, qui, quæ ſua ſunt, quærunt, non quæ Ieſu Chriſti, facilè ab hac lege diſceditur: & dum dominari magis, quàm conſulere ſubditis quærunt, Honor placet, Inflat ſuperbia, & quod prouiſum eſt ad concordiam, tendit ad noxam.

Item. Ex Canone Apoſtolorum, 27.

Ille qui dorſum ſuum poſuit ad flagella, quíque maledictus non remaledixit, Epiſcopum percuſſorem damnauit, Hæc Hierony. ad Oceanum.

EPiſcopum, aut Presbyterum, aut Diaconum percutientem fideles delinquentes, aut infideles iniquè agentes, & per huiuſmodi volentem timeri, deiici ab officio ſuo præcipimus: quia nunquam nos docuit hoc Dominus: ſed econtrariò, Ipſe quum percuteretur, non repercutiebat: quũ malediceretur, nõ maledicebat: quũ pateretur, non comminabatur. Item. Ex Concilio Bracharenſi.3.cap.6.circiter an.670.

148

Digitized by Google

Non abeſt à ſpecie tyrannidis Epiſcopus, qui flagellorum crudelitate ſuam nititur authoritatem defendere. Quod qui fecerit, Excommunicatus aliò relegatur.

2. Timo. 4. *QVum beatus Apoſtolus, arguere & obſecrare, vel increpare in omni bonitate & patientia præcipiat, extra hanc Doctrinam nouimus quoſdam ex fratribus, tantis cædibus in Honoratos efferueſcere, quantas poterant latrocinantium promereri perſonæ. Et ideo, qui gradus iam Eccleſiaſticos meruerunt, id eſt, Presbyteri, Abbates, & Leuitæ, qui (exceptis grauioribus & mortalibus culpis) nullis debent verberibus ſubiacere: non eſt dignũ, vt paſſim vnuſquiſque Prelatus honorabiliora membra ſua, prout voluerit, & ei placuerit, verberibus ſubiiciat, & dolori: ne dum incautè ſubdita percutit membra, ipſe quoque debitam ſibi ſubditorum reuerentiam ſubtrahat. Iuxta illud, quod quidam Sapiens dicit: Leniter caſtigatus reuerentiam exhibet caſtiganti. Aſperitatis autem nimiæ increpatio, nec increpationem recipit, nec ſalutem. Et ideo ſi quis aliter, quàm dictum eſt, prædictos honorabiles ſubditos, licentiâ perceptæ poteſtatis elatus, malitiâ animi tantùm crediderit verberandos, iuxta modum verberum, quæ intulerit, Excommunicationis pariter & Exilij ſententiam ſuſtinebit.* *His nihil obſtantibus, Gratianus in ſequentibus oſtendit Eccleſiæ præfectos in ſuis corrigendis vti poſſe quandóque ſcuticis ac flagris. Et ad hoc nonnullas Patrum deducit authoritates, inquiens.*

Virga & Correptio tribuit ſapientiam. πληγαὶ, καὶ ἔλεγχος. Prouerb. 29.

Prou. 23. b. *SAlomon verò contrà monet, dicens: Percute filium tuũ virgâ, & liberabis animam eius à morte. Hinc etiam beatus Gregorius ſcribit in Dialogorum libro 2. cap. 4. Beatum Benedictum, quendam monachum, virgâ percutiendo,*

tiendo, ſanaſſe, quem crebrâ admonitione curare non poterat. Hinc etiam Dominus, flagello facto de funiculis, Ioan.2.c. malè verſantes in templo flagellauit, & de orationis domo eiecit. Hinc etiam Apoſtolus Fornicatorem illum Satanæ corporaliter vexãdum tradidit: & magnum Elymam 1.Cor.5. Actu.13. corporali cæcitate damnauit. Hinc etiam in Canonibus, Pueri, qui ante rationales annos irrationabiliter verſantur, verberibus caſtigati iubentur. Virgines quoque, ſi religionis veſte depoſitâ, aliis ſe copulauerint, ergaſtulis retrudi præcipiuntur. Hinc etiam Gregorius in Moralibus.20.lib.cap.6. Hic refertur integrum cap.

Vino, ſimul & Oleo (ſcilicet) Monentis aſperitate, pariter & Lenitate curandi ſunt delinquentes.

DIſciplina vel Miſericordia multùm deſtituitur, ſi vna ſine altera teneatur. Sed circa ſubditos, ineſſe debet Rectoribus & iuſtè conſolans Miſericordia, & piè ſæuiẽs Diſciplina. Hinc eſt quòd ſemiuiui illius vulneribus, Luc.10. qui à Samaritano in ſtabulum ductus eſt, & Vinum adhibetur, & Oleum: vt per Vinum mordeantur vulnera, per Oleum foueantur: quatenus vnuſquiſque, qui ſanandis vulneribus præeſt, in Vino, morſum diſtrictionis adhibeat, in Oleo, mollitiem pietatis. Per vinum mundentur putrida. Per Oleũ ſananda foueantur. Miſcenda eſt ergo lenitas cum ſeueritate, faciendúmque quoddam ex vtraque temperamentum: vt neque multâ aſperitate exulcerentur ſubditi, neque nimiâ benignitate ſoluantur.

Virga & manna pariter in Arca, Dulcia notãt ſimul & amara boni Rectoris verbera.

§ Hoc nimirum illa tabernaculi Arca ſignificat, in qua cum tabulis Virga ſimul & Manna eſt: quia, quum 2. Paral.

ſcripturæ Sacræ Scientia eſt in boni Rectoris pectore, Si eſt Virga diſtrictionis, ſit & Manna dulcedinis.

Rector bonus vnà cum Baculo Virgam geſtet. Hâc deiiciat: Illo ſubleuet.

Pſal. 32. § *Hinc etiam Dauid ait: Virga tua, & Baculus tuus, ipſa me conſolata ſunt. Virgâ enim percutimur, & Baculo ſuſtentamur. Si ergo eſt diſtrictio Iuſtitiæ, quæ feriat: ſit & conſolatio baculi, quæ ſuſtentet. Sit itáque amor, ſed non emolliens. ſit rigor, ſed non exaſperans: ſit Zelus, ſed non immoderatè ſæuiens: ſit pietas, ſed non plus, quàm expediat, parcens.*

Rector bonus, exemplo Moſis, Pœnam ſuis & inferat, & auferat: mortem precetur, atque deprecetur.

§ *Intueri libet in Moyſi pectore Miſericordiam cum Seueritate ſociatam. Videamus amantem piè, & diſtrictè ſæuientem. Certè, quum Iſraeliticus populus ante Dei oculos penè inueniabilem contraxiſſet offenſam, ita vt eius*
Exodi 32. f. *rector audiſſet: Deſcende, peccauit populus tuus: ac ſi eſt diuina vox diceret: Qui in tali peccato lapſus eſt, meus non eſt. atque ſubiungeret: Dimitte me, vt iraſcatur furor meus contra eos, & deleam eos: faciámque te in gentem magnam. Ille ſemel, & iterum pro populo, cui præerat, obicem ſe ad impetum Dei iraſcentis opponens, ait: Aut dimitte eis hanc noxam: aut ſi non facis, dele me de libro tuo, quem ſcripſiſti. Penſemus ergo, quibus viſceribus eundem populum amauit, pro cuius vita de libro vitæ deleri ſe petiit: Sed tamen iſte, qui tanto amore eius populi conſtringitur, contra eius culpas penſemus quanto zelo rectitudinis accendatur. Mox enim vt culpæ veniam, ne dele-*

Digitized by Google

delerentur, obtinuit, zelo rectitudinis ſuccenſus, inquit: Ponat vir gladiũ ſuper femur ſuum, ite & redite de porta vſque ad portã per medium caſtrorum, & occîdat vnuſquiſque fratrem, vxorem, & amicum, & proximum ſuum: ceciderúntque in illo die quaſi viginti tria millia hominum. Ecce, Qui vitã omnium, etiam cum ſua morte, petiit, paucorum vitam gladio extinxit. Intus arſit ignibus amoris: foris accenſus eſt zelo ſeueritatis. Tanta fuit pietas, vt ſe pro illis coram Domino morti offerre non dubitaret: tanta ſeueritas, vt eos, quos diuinitus feriri timuerat, ipſe iudicij gladio feriret. Sic amauit eos, quibus præfuit, vt pro eis nec ſibi parceret: & tamen delinquentes ſic perſecutus eſt, quos amauit, vt eos, etiam Domino parcente, proſterneret. Vtrobique legatus fortis, vtrobique admirabilis mediator, cauſam populi apud Deũ precibus, cauſam Dei apud populum gladiis allegauit. Intus amans, diuinæ iræ, ſupplicando, obſtitit. Foris ſæuiens, culpam feriendo conſumpſit. In regimine ergo populi vtrunque Moyſes miſcuit: Vt nec diſciplinæ deeſſet miſericordia, nec miſericordiæ diſciplina. Exodi 32.f.

In bonis rectoribus mixta ſit & regendi poteſtas, & conſolandi benignitas.

§ *Vnde in Iob, iuxta vtránque virtutem, dicitur: Quúmque ſederem, quaſi rex, circunſtante exercitu, eram tamen mœrentium conſolator. Sedere quippe, circunſtante exercitu, vigor eſt ac diſciplina regiminis. Mœrentium verò corda conſolari, eſt miniſterium pietatis.* Iob.29.b. Iſidorus, cap.54.lib.3. De ſummo bono.

Iuſtus, atque Miſericors debet eſſe Iudex: quæ duo ſunt Epitheta Dei, iudicis omnium ſupremi.

OMnis, qui iuſtè iudicat, ſtateram in manu geſtat. In vtróque penſo Iuſtitiam & Miſericordiam portat: ſed per Iuſtitiam reddit peccati ſententiam, per Miſericordiam, peccati temperat pœnã. Vt iuſto libramine quædam per æquitatem corrigat: quædam verò per miſerationem indulgeat. Qui Dei iudicia oculis ſuis proponit, ſemper timens & tremens in omni negocio formidat, ne de Iuſtitiæ tramite deuians cadat: & vnde non iuſtificatur, inde potiùs condemnetur. Item. Auguſtinus in Enchiridio, cap. 72. Tomo. 3.

Etiam pœnis atque verberibus infligendis in commeritos, Iudex eſſe dicitur Miſericors. Et, Qui veniam dat petenti, Dat eleæmoſynam.

ET qui emendat verbere, in quem poteſtas datur, vel coërcet aliquâ diſciplinâ (& tamen peccatum eius, quo ab illo læſus, aut offenſus eſt, dimittit ex corde, vel orat vt ei dimittatur) non ſolùm in eo quòd dimittit ex corde atque orat, verumetiam in eo quòd corripit, & aliquâ emendatoriâ pœnâ plectit, Eleæmoſynam dat, quia miſericordiam præſtat. Multa enim bona præſtãtur inuitis, quando eorum conſulitur vtilitati, non voluntati, quia ipſi inueniuntur ſibi inimici. Gratianus. SVNT enim multa genera Eleæmoſynarũ, de quibus Albinus ait. *Hic Albinus dictus eſt & Alcuinus, Monachus Abas. S. Martini Turonenſis, auditor Bedæ. In Rhetoricis quibuſdã diſputationibus appellatur venerandus Magiſter, à Carolo Magno Rege, qui fertur illius fuiſſe diſcipulus. Anno. 770. Multa ſcriptitauit. Iuo Carnotenſis (ex quo ſumpſit hoc Gratianus) in titulo de Eleæmoſyna. lib. 2. locum non indicauit.*

Eleæmoſyna, quædam Corporalis eſt, quædam eſt Spiritalis: & Vtrumque mixta quædam eſt. Exempla videas in citato nunc Auguſtini, cap. 72.

TRia ſunt genera Eleæmoſynarum, vna, Corporalis, egenti dare quicquid poteris: altera, Spiritualis, dimittere à quo læſus fueris: Tertia, Delinquentes corrigere, & errantes,

errantes, in viam reducere veritatis. Item. Auguſtinus in lib. 50. Homiliarum, ad finem Homil. 6. To. 10.

De penu quidem, vel pecunia fit Eleæmoſyna: Sed illa maior eſt, quæ procedit à cordis theſauro.

DVæ ſunt Eleæmoſynæ, Vna Cordis, Alia Pecuniæ. Eleæmoſyna Cordis, eſt dimittere ei à quo læſus es. Nam dare aliquid indigenti aliquando quæris, & non habes. Indulge peccanti, quantùm volueris, redundabit tibi. Eleæmoſyna Cordis multò maior eſt, quàm Eleæmoſyna Corporis. Charitatis Eleæmoſyna ſine ſubſtantia terrena ſufficit ſibi: Illa verò quæ corporaliter datur, ſi ſine benigno corde tribuitur, omnino non ſufficit. Iam Gratianus *ex antecedentibus concludit, omnia concilians. Non percutiat, & percutiat,* Epiſcopus.

Gratianus. Ex his omnibus apparet, Quòd, nec lenitas manſuetudinis ſine rectitudine ſeueritatis, nec zelus rectitudinis ſine mâſuetudine, in Prælatis debet inueniri. Percuſſores ergo (qui, præmiſsis authoritatibus, ab Epiſcopali officio remouentur) non quilibet corporaliter flagellantes, ſed, prætermiſſâ manſuetudine, ad verbera ſemper parati, intelligendi ſunt: qui per flagella, nô vitia corrigere, ſed timeri appetunt: quibus Petrus ſcripſit.———

§ *Ne ſitis Dominantes in clero, ſed forma facti gregis ex animo.* Hinc etiam Gregorius ſcribit in Moralibus, lib. 19. cap. 16. in 29. cap. Iob. 1. Pet. 5. a

Neque miſericordiâ mœſtus ſit Prælatus: neque crudelitate ſæuus: ſed modeſtiâ temperatus. Hæc eſt Lenitas & Manſuetudo.

SVnt nanque nonnulli ita diſtricti, vt etiam omnem manſuetudinem benignitatis amittant: & ſunt nonnulli ita manſueti, vt perdant diſtricti iura regiminis. Vnde cunctis Rectoribus vtráque ſummopere ſunt tenenda. Vt nec in diſciplinæ vigore, benignitatem manſuetudinis, nec rurſus in manſuetudine, diſtrictionem deſerant diſciplinæ: quatenus nec à compaſsione pietatis obdu-

Digitized by Google

reſcant, quum contumacem corrigunt: Nec diſciplinæ vigorem molliant, quum infirmorum animos conſolantur. Regat ergo vigor diſciplinæ manſuetudinem: & manſuetudo ornet vigorem: & ſic alterum commendetur ex altero, vt nec Vigor ſit rigidus, nec Mãſuetudo diſſoluta.
Idem. Homiliâ. 34. Euangeliorum. In cap. 15. Lucæ. Initio ſtatim Homiliæ.

Peccata, non peccantes, inſectetur Iudex. Et vbique præ ſe ferat, Quicquid agit, iuuandi ſtudio agere ſe, non odio.

VEra iuſtitia compaſsionem habet: falſa verò dedignationem, quanuis & iuſti ſoleant rectè peccatoribus dedignari. Sed aliud eſt, quod agitur typho ſuperbiæ: aliud quod zelo diſciplinæ. Dedignantur etenim, ſed non dedignantes: Perſequutionem commouent, ſed amantes. At contrà, Hi qui de falſa iuſtitia ſuperbire ſolent, cæteros quóſque deſpiciunt, nullâ infirmantibus miſericordiâ condeſcendunt: & quò ſe peccatores eſſe non credunt, eò deteriùs peccatores fiunt. Item. Hieronymus ad cap. 4. lamentationum Hiere.

Si qui dulcedine ſanari poſſunt, Auſteritate non expedit eos percellere.

Thre. ca. 4. *REcedite (inquiunt) polluti. Recedite, abite, nolite nos tangere, nobiſcum nolite cõmunicare. Talis loquela non illuminat cæcum, non ſanat ægrotum, non curat infirmum: ſed magis occîdit, atque in deſperationem, periclitantem mittit. Boni etenim rectores ex ſua infirmitate aliorum infirmitates penſantes, magis per humanitatis & manſuetudinis lenimentum ſtudent peccantes ab erroris laqueo eruere, quàm per auſteritatem in foueam perditionis nutantes propellere. Vnde Doctor Gentium: Fa-*
1. Cor. 6. d. *ctus ſum, inquit, infirmus infirmis, Vt infirmos lucrifacerẽ.*

Digitized by Google

Item. Origenes Homiliâ.7.in Ioſue. *Cur iſta noſtri Hieronymo ſoleant adſcribere, ſuperiùs dicebamus.*

Vnius etiam peccato polluitur atque punitur vniuerſus populus. præſertim, quum ſciês epiſcopus diſſimulat illud.

S*Ed illud non ocioſè tranſcurrendum eſt, Quòd, vno peccante, Ira Dei ſuper omnem populum venit. Hôc modo accidit. Quando Sacerdotes, qui populo præſunt, erga delinquentes beneuoli videri volunt: & verentes peccantium linguas, ne fortè malè de eis loquantur, Sacerdotalis ſeueritatis immemores nolunt complere, quod ſcriptum eſt: Peccantem coram omnibus argue: vt cæteri metum habeant. Et iterum: Auferte malum à vobis ipſis. Nec zelo Dei ſuccenſi imitantur Apoſtolorum dicentem: Tradidi huiuſmodi hominem Satanæ in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus fiat. Neque illud Euangelij implere ſtudent, Vt ſi viderint peccantem, primò ſecretè conueniant: pòſt etiam duobus, vel tribus arbitris. Quod ſi contempſerit, & poſt hæc, Eccleſiæ correctione non fuerit emendatus, De Eccleſia expulſum, velut gentilem habeant, ac publicanum. Et dum vni parcunt, vniuerſæ Eccleſiæ moliuntur interitum. Quæ eſt iſta miſericordia, quæ iſta bonitas, vni parcere, & omnes in diſcrimen adducere? Polluitur enim ex vno peccatore Populus. Sicut ex vna oue morbida vniuerſus grex inficitur, ſic & vno fornicante, vel aliud quodcunque ſcelus committente, plebs vniuerſa polluitur.* Hinc etiam dicitur alibi:

Ioſ.cap.7 · 1. Tim.5.d. · 1. Cor.5.d. · Ibidem.b. · Matth.18.

R*Ectorem ſubditis pietas, Matrem: Diſciplina verò, Patrem exhibeat. Proponit Gratianus nouum percuſſorum genus,* οὐ κατὰ χεῖρα πλήκτας, *ſed qui linguâ verberant, obiurgationibus probroſis & conuitiis amarulentis: vel qui turpes, aut ocioſos ſermones in alienas ingerunt aures.*

Gratianus. Percuſſor quóque dicitur, qui ſermone inutili infirmorum conſcientiã vulnerat. Vnde Anacletus Papa, Epiſt.2. *De Anacleto diximus, explicantes vocabulum, Presbyter.*

Sicuti gladio corpora, ſic & animæ verbo malo percutiuntur.

Ad Tit. 1.d.

S*Anè Percuſſor ille doctor dicitur, qui ſermone inutili conſcientiam percutit infirmorum. Ideo tenere vos, & omnes fideles oportet eum, qui ſecundùm doctrinam fidelis eſt, ſermonem, Vt potens ſit conſolari in doctrina Sancta, & contradicentes redarguere, & rectè viuentes atque etiam rectam fidem tuentes conſolidare.* *Anacleto ſuccinunt* Hieronymus *&* Chryſoſtomus, *hoc Apoſtoli mandatum declarantes.* *Poſt quod in eodem ſequitur.*—— *Non litigioſum.* *Quod vno verbo dixit* Apoſtolus.—

ἌΜΑΧΟΝ.

Hoc eſt: *Abſque iurgio. Alienum à pugna, fori, ſcilicet, ac verborum. Non enim vetat eſſe* Laniſtas, *vel* Pugiles *(quod in quouis de populo reprehenſibile foret) ſed Apoſtolus inſtituit* Eccleſiæ *miniſtros, quid facere non debeant: quod ſecundo ſequentis* Epiſtolæ *capite verbum repetit, inquiens.*—— ΔΟΥ͂ΛΟΝ ΔῈ ΚΥΡΊΟΥ ΟΥ̓ ΔΕΙ͂ ΜΆΧΕΣΘΑΙ. *Seruum autem Domini non oportet pugnare, id eſt, litigare, quemadmodum tranſtulit antiquus interpres. Et ad Titum cap. 3.*—— ἈΜΆΧΟΥΣ ΕἾΝΑΙ. *Decimum Sacerdotis ornamentum.*

DISTINCTIO XLVI.

Iurgioſos, Litiũ ſectatores, Contẽtioſos miniſtros execratur Eccleſia. Non eſt enim diſſenſionis Deus, ſed Pacis.

Gratianus. SEQVITVR in Epiſtola ad Timotheum. *Non litigioſum.*

N*Ihil eſt impudentius arrogantiâ Ruſticorum, qui garrulitatem, authoritatẽ putant: & Parati ſemper ad lites, in ſubiectũ ſibi gregẽ tumidis ſermonibus tonãt.*— *Hæc* Hieronymus *ad Oceanum. Vbi pro Ruſticorum, lego, Rabularum. Nam ſic idem Sanctus ad Nepotianum de vita Clericorum ſcribit: loquens ibi dẽ cõcionibus Epiſcoporum.* *Gratianus.* Quod ex arrogantia ſuperbiæ prouenire manifeſtũ eſt. Vnde Gregorius ſcribit in moralibus, libro vigeſimotertio, parte quintâ: in fine cap.12. & in principio. 13. Exponens caput.33. Iob.

Verbum Dei non debet cum faſtu & arrogantia prædicari.

H*Oc habet proprium Doctrina arrogantium, vt humiliter neſciant inferre, quæ docent: & recta, quæ ſapiunt,*

Digitized by Google

ſapiunt, etiam rectè miniſtrare non poſſunt. In verbis enim eorum proditur, quod quum docent, quaſi in quodam ſibi videntur ſublimitatis culmine reſidere: eoſque, quos docent, vt longè infra ſe poſitos, velut in imo, deſpiciunt: quibus non conſulendo, ſed vix dominando, loqui dignantur. Rectè autem his per prophetam Dominus dicit: Vos autem cum auſteritate imperabatis eis, & cum potentia. Ezech.34. *Cum auſteritate enim & potentia imperant, qui ſubditos ſuos, non cum tranquilitate ratiocinando corrigere, ſed aſperè inflectere dominando feſtinant. At contrà, vera doctrina tantò vehementiùs hoc elationis vitium fugit per cognitionem, quantò ardentiùs verborum ſuorum iaculis ipſum magiſtrum elationis inſequitur. Cauet enim, ne eum elatis moribus prædicet, quem in cordibus audientium Sacris ſermonibus inſectatur.* *Gratianus.* ECCE.

Quare litigioſi prohibentur in Epiſcopos ordinari. Eſt & alia cauſa huius prohibitionis. Litigioſi nanque vel adulationibus animos principum ſibi conciliant: Vel fratribus ſuis detrahendo, infamiæ notam ingerunt. Vel inter fratres diſcordiam ſeminando, ſeditionem nunquam facere ceſſant. Quæ omnia in Prælatis damnabilia eſſe probantur. Vnde. Gregorius ſcribit in moralibus. lib. 18. parte.4.cap.3. In 27.cap.Iob. *Omnes litigioſi, ſunt & Iudicũ adulatores, & Fratrũ detractores, & ſeditioſi.*

Myſteriorum Dei concionator non debet eſſe palpo nec adulator. Horrenda eſt enim blaſphemia coram domino, quando laudatur peccator in deſideriis animæ ſuæ: & iniquus benedicitur. Pſal:9.

S*Vnt nonnulli, qui dum malefacta hominum laudibus efferunt, augent, quæ increpare debuerunt. Hinc enim per Prophetam dicitur: Væ his qui conſuunt puluillos ſub omni cubito manus, & faciunt ceruicalia ſub capite vniuerſæ ætatis. Ad hoc quippe puluillus ponitur, vt molliùs quieſcatur. Quiſquis ergo malè agentibus adulatur, puluillum ſub cubito, vel capite iacentis ponit: vt qui corripi ex culpa debuerat, in ea fultus laudibus molliter quieſcat.* Ezech.13.c. *Ceruical & puluillum ſup ponere capiti.*

153

Digitized by Google

Ezech.13.b. *Hinc rurſus ſcriptum eſt: Ipſe ædificabat parietem, illi autem liniebant eum. Parietis quippe nomine, peccati duritia deſignatur. Ædificare ergo parietem, eſt contra ſe quempiam obſtacula peccati conſtruere. Sed parietem liniunt, qui peccata perpetrantibus adulantur vt quod illi peruersè agentes ædificant, ipſi adulantes quaſi nitidum reddant. Sed Sanctus vir, ſicut mala de bonis nõ æſtimat, ita iudicare bona de malis recuſat, dicens: Abſit hoc à me, vt iuſtos vos iudicem: donec deficiam, non recedam ab innocentia mea.* Hinc etiam in Concilio Chartaginen.4.cap.54.

Parietem linire, ſeu dealbare.

Iob.27.2.

Inuidi, fratrum Delatores & Accuſatores, Adulatores, atque Proditores, Maledici, Scurriles, Seditioſi non ſunt in Clerum recipiendi: Receptique ſunt amouendi.

CLericus inuidens fratrum profectibus, donec in vitio eſt, non promoueatur. Item. cap.55.eiuſdem.

ACcuſatores fratrum, Epiſcopus excommunicet, qui non probanda fratribus obiiciunt: & ſi emendauerint vitium, recipiat eos ad communionem, non ad Clerum. Item. Cap.56.eiuſdem Concilii Cartha.4.

CLericus qui adulationibus, & proditionibus vacare deprehenditur, degradetur ab officio. Itẽ. Cap.57.eiuſdẽ.

CLericus maledicus (maximè in Sacerdotibus) cogatur ad poſtulandam veniam: ſi noluerit, Degradetur: nec vnquam abſque ſatisfactione ad officium reuocetur. Item. Cap. 60.eiuſdem.

CLericum ſcurrilem, & verbis turpibus ioculatorẽ, ab officio eſſe retrahendum cenſemus. Item. Cap.67.

SEditionarios ſtatuimus nunquam ordinandos Clericos ſicut nec vſurarios, vel iniuriarum ſuarum vltores.

Duo de prohibito fœnore Canones inconſideranter hic adſuti fuère. Nam Diorifmi ſequẽtis argumento

Digitized by Google

argumento congruunt: quò nos tranſtulimus. Lites & iurgia ſolent, vt plurimùm, ex alieni cupiditate naſci: Propterea *iubet Apoſtolus* Eccleſiæ *miniſtros eſſe,* ——

ἈΦΙΛΆΡΓΥΡΟΥΣ.

Id eſt. *Non amantes pecuniæ, Non auaros, Non cupidos, vt eſt, in vetere interprete: qui &* φιλαργυρίαν *traduxit in* Cupiditatē. 1. *Timoth.* 6. ῥίζα γὰρ πάντων τῶν κακῶν ἐστιν ἡ φιλαργυρία. *Duo ſimul hic proponuntur inſignia* Sacerdotum —— *Ne ſint Auari: Ne ſint Turpis lucri cupidi.* —— *Qua de re Gratianus ab hoc extremo Canone (qui meminit Vſurariorum) velut occaſione datâ, progrediens ad ſubſequentem diſputationem, ſic ait.* ——

DISTINCTIO. XLVII.

Gratianus. QVOD autem in huius capituli fine Vſurarij prohibentur ordinari, inde eſt, Quòd Vſuram exercentes, Cupiditati deſeruire probantur. Cupidi autem ab Apoſtolo ordinari prohibentur: quia tales facilè à Iuſto deuiarent. Vnde in Canonibus Apoſtolorum. cap. 44. legitur.

Eccleſiæ miniſtri, Ab amore pecuniæ A turpi quocúnque lucro, Ab omni auaritia continere ſeſe debent.

In Eccleſiæ miniſtris vſura omnino damnatur.

EPiſcopus, aut Preſbyter, aut Diaconus vſuras à debitoribus exigens, Aut deſinat, Aut deponatur.

Item. Ex Concilio Niceno, can. 17.

Vſuras exigens, ſiue Clericus, ſiue Regulæ quiuis alius ſubiectus, deiiciatur.

*QVoniam multi ſub regula conſtituti, Auaritiam, & turpia lucra ſectantur, obliti diuinæ ſcripturæ dicentis: Qui pecuniam ſuam non dedit ad vſurā: Et mutuum dātes,† centeſimas exigunt: Iuſtè cenſuit magna & Sancta Synodus, Vt ſi quis inuentus fuerit poſt hanc diffinitionem, Vſuras accipiens, * aut aliquam adinuentionem faciens, vel quolibet modo negocia tranſigens. aut * hemiolia, [id eſt ſeſcupla] exigens, vel aliquod tale prorſus excogitans, turpis lucri gratiâ: deiiciatur à Clero, & alienus exiſtat à Regula.* Ex concilio Laodicenſi, cap. 4.

Pſal. 14. b

† ἑκατοστάς.

* ἐκ μεταχειρήσεως, ἢ ἄλλως μετερχόμενος τὸ πρᾶγμα.

* ἢ ἡμιολίας

*NOn licet fœnerari * miniſtris altaris, vel in Sacerdotali ordine conſtitutis: Et Vſuras, & * lucra [quæ ſeſcupla dicuntur] accipere.* *Item.* Leo Papa. 1. *Epiſtola.* 1. *omnibus Epiſcopis ſcripta. Maximo, & Paterio Coſſ. id eſt, anno Chriſt.* 445. *cap.* 4. *Epiſt.*

* ἱερατικοὺς

* τὰς λεγομένας ἡμιολίας.

Alieno, ſuóue nomine, Clerici ne fœnerantor.

Digitized by Google

SIcut non ſuo, ita nec alieno nomine, aliquis Clericorum exercere fœnus attentet. Indecens eſt enim crimen ſuum commodis alienis impẽdere. Fœnus autem hoc ſolùm aſpicere & exercere debemus, vt quod hîc miſericorditer tribuimus, à Domino (qui multipliciter & in perpetuũ manſura retribuit) recipere valeamus. Hinc etiam Gregorius, In 19. lib. Moralium. cap. 25. ad cap. 28. Iob. ſcribit dicens:——

Fœn⁹, quod eſt iniunctũ & præceptũ Chriſtianis.

Deo ſimul & ſeculo ſeruire: Terrenis pariter & Cœleſtibus animum rebus intendere, Vel impoſsibile eſt, vel ſanè quàm difficile.

OMnes huius ſeculi dilectores in Terrenis rebus fortes ſunt, in Cœleſtibus debiles. Nam pro temporali gloria vſque ad mortem deſudare appetunt: & pro ſpe perpetua ne parum quidem in labore ſubſiſtunt. pro Terrenis lucris quaſlibet iniurias tolerant: & pro Cœleſti mercede, vel tenuiſsimi verbi ferre contumelias recuſant. Terreno. iudici toto etiam die aſsiſtere fortes ſunt: In oratione verò coram Domino, vel vnius horæ momento laſſantur. Sæpe nuditatem, deiectionem, famam pro acquirendis diuitiis, atque honoribus tolerant, & earum rerum ſe abſtinentiâ cruciant, ad quas adipiſcendas feſtinant: Superna autem laborioſè quærere tantò magis diſsimulant, quantò ea retribui tardiùs putant.

Aliis alij conferuntur arboribus. Soli Palmæ ſolus Iuſtus æquiparatur.

§ *Hi itaque, quaſi aliarum arborum more, deorſum vaſti ſunt, ſurſum anguſti: quia fortes in Inferiora ſubſiſtunt, ſed ad Superiora deficiunt. At contrà, ex qualitate Palmarum deſignatur proficiens vita Iuſtorum, qui nequaquam ſunt in Terrenis deſideriis fortes, & in Cœleſtibus debiles: ſed longiùs atque diſtantiùs ſtudioſos magis Deo ſe exhibent, quàm Seculo fuiſſe meminerint.*

Digitized by Google

Quàm fortes fuimus in Malis patrandis, Tam fortes nos eſſe iubet Apoſtolus in Bonis agendis.

§ *Nam cùm quibuſdam per prædicatorem noſtrum dicitur: Humanum dico propter infirmitatem carnis veſtræ. ſicut enim exhibuiſtis membra veſtra ſeruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibete membra veſtra ſeruire Iuſtitiæ in ſanctificationem: eorum proculdubio infirmitati condeſcenditur. Ac ſi eis apertiùs diceretur: Si nequaquam ampliùs poteſtis, ſaltem tales eſtote in fructu bonorum operum, quales fuiſtis dudum in actione vitiorum: nec debiliores vos habeat ſancta libertas Charitatis, quàm vos in carne validos habuit vſus terrenæ voluptatis.* Idem Gregorius ciuibus Neapol. Epiſt. 40. lib. 8. Rom.6.c.

Fœnerator in Clerum nunquam recipiatur.

DE Petro inſuper ad nos perueniſſe cognoſcite, quia ſolidos dedit ad vſuras. quod vos oportet cum omni ſubtilitate perquirere. & ſi ita conſtiterit, alium eligite, & ab huiuſmodi vos perſona ſine mora ſuſpendite. Nam nos amatoribus vſurarum nullâ ratione manus imponimus.

Abſenti non eſt, niſi parciſſimè, facienda gratia, ſeu conferendum Beneficium: ſed tantùm præſentibus, & bene probatis. In Exegeſi. *cap. de multa.* Exponens *hoc verbum, per ſedem Apoſtolicam.* Iſtud *declarabam.*

§ *Si verò ſubtili habitâ inquiſitione, hoc falſum eſſe putaueritis, quia perſona eius nobis ignota eſt, & vtrùm ita ſit de ſimplicitate eius, quod ad nos perlatum eſt, ignoramus: cum decreto à vobis facto, ad nos eum venire neceſſe eſt, vt vitam moréſque illius ſolicitiùs inquirentes, ſenſum quoque pariter cognoſcamus: Vt ſi iudicio huic aptus extiterit, veſtra in eo (adiuuante Domino) deſideria compleamus.* Item. Ex Concilio Elibertano, cap. 20. *Vbíque legendum (nam ſæpe*

Digitized by Google

citatur) Ex Concilio Illiberino. *Vlterioris Hiſpaniæ ciuitas eſt Illiberis, quam modò Granadam dici putant. Eò patres Hiſpani, circa Nicænæ Synodi tempus, conuenerunt.*

Tam gradu, quàm communione priuandus eſt fænerator Clericus.

SI quis Clericorum detectus fuerit vſuras accipere, placuit hunc degradari, & abſtinere. Item. Leo Papa.1. Anatholio Epiſcopo Conſtantinopo. Epiſt.51.

Error, & Cupiditas violãt Sacerdotij maieſtatẽ. Siue ſit ea φιλαργυρία, *Siue ſit* ἐπιθυμία.

Eccleſ.18.d. *VIrum Catholicum, & præcipuè Domini Sacerdotem, ſicut nullo errore implicari, ita nullâ oportet cupiditate violari, dicente Sanctâ ſcripturâ: Poſt cõcupiſcentias tuas ne eas. Mens enim potẽtię auida, nec abſtinere nouit à vetitis, nec gaudere cõceßis, nec pietati adhibere conſenſum.*

Item. Gregorius Epiſt.110. lib.7. ad Syagrium, Hæduorum Epiſcopum.

Sacerdotem coërcere decet omnes ſuas Cupiditates

BOnorum authori inhærere aliter non valemus, niſi Cupiditatem à nobis (quæ omnium malorum radix eſt) abſcindamus. Item. Ambroſius, de eo quod ſcriptum eſt in Euangelio: Hominis cuiuſdam diuitis fructus vberes ager attulit. Luc. cap.12.c. Sermone. 81. To.3.

Expletur nunquam, neque ſatiatur Cupiditatis ſitis.

SIcut hi, qui per inſaniam mente tranſlati ſunt, non iam res ipſas, ſed phantaſias paßionis ſuæ vident: ita etiam mens auari ſemel vinculis cupiditatis auri aſtricta, ſemper Aurum, ſemper Argentum videt, ſemper reditus computat, gratiùs Aurum, quàm ſolem intuetur. Ipſa eius oratio & ſupplicatio ad Deum, Aurum quærit. Et vellet, atque optaret, vt omnia ei in Aurum conuerterentur. Denique, quod poteſt, Frumentum in aurum conuertere conatur. Non debuit hæc omittere. *Vinum mutat in Aurum. Eidem Lana efficitur aurum. Omnes fructus eius, Omne negocium, Omne, quod mouetur, in Aurum vertitur. Interdum etiam, vſuræ arte nequiſ-*

Digitized by Google

nequiſſimâ, ex ipſo Auro Aurum naſcitur. Sed quid agis? Nec ſatietas vnquã, nec finis aderit Cupiditati.—

Et infrà. circa finem concionis.

Quæ ſibi ſuperfluunt bona, ſibi propria dicere nemo debet.

Sed ais, quid iniuſtum eſt, ſi, quum aliena non inuadam, propria diligentiùs ſeruo? O impudens dictum? Propria dicis? Quæ? Quid ex reconditis in hunc mundum detuliſti? Quando ingreſſus es in hanc lucem, quando de matris ventre exiſti, quibus facultatibus, quæſo, quibus ſubſidiis ſtipatus ingreſſus es? Et paulò pòſt.

Terra communiter omnibus hominibus data eſt. Proprium nemo dicat, quod è communi, pluſquam ſufficeret, ſumptum, & violenter obtentum eſt. Paulò inferius. Inuerterat hũc locum.

Inuaſor eſt Alienorum, qui de ſua copia non ſuccurrit inopiæ Proximorum.

NVnquid iniquus eſt Deus, vt nobus non æqualiter diſtribuat vitæ ſubſidia? vt tu quidem eſſes affluens & abundans: aliis verò deeſſet, & egerent? An idcirco magis, quia & tibi voluit benignitatis ſuæ experimenta conferre, & alium per virtutem Patientiæ coronare? Tu verò, ſuſceptis Dei muneribus, & in ſinum tuum redactis, nihil te putas agere iniquum, ſi tam multorum vitæ ſubſidia ſolus obtineas? Quis enim tam iniuſtus, tam auidus, tam auarus, quàm qui multorũ alimenta, ſuum non vſum, ſed abundantiam & delicias facit? Neque enim minùs eſt criminis, habenti tollere, quàm quum poſſis & abundas, indigẽtibus denegare. Eſurientium panis eſt, quem tu detines. nudorum indumentum eſt, quod tu recludis. & miſerorum redemptio eſt, & abſolutio, Pecunia, quam tu in terram defodis. Ergo, Tantorum te ſcias inuadere bo-

na,quantis ipſe poßis præſtare,ſi velis. *Itaque, prædictis eſto concluſum,quòd,Philargyria Sacerdotalibus inſtitutis eſt omnium maximè contraria: quâ nullum quoque crimen in Canone damnatius.*

Poſt hæc ad aliam tranſit Apoſtoli ſententiam Gratianus,quæ ſic habet.

ΤῸΝ ἸΔΊΟΥ ΟἼΚΟΥ ΚΑΛΩ͂Σ ΠΡΟΙΣΤΆΜΕΝΟΝ: ΤΈΚΝΑ ἜΧΟΝΤΑ ἘΝ ὙΠΟΤΑΓΗ͂Ι ΜΕΤᾺ ΠΆΣΗΣ ΣΕΜΝΌΤΗΤΟΣ.

Hoc inſigne proprium ac peculiare eſt è coniugio, vel poſt coniugium venientibus ad Sacerdotium.

SVæ domui bene prepoſitum. Filios habentem ſubditos cum omni caſtitate.ſine accuſatione Luxuriæ. *Vide (ait Hieronymus) quanta pudicitia exigatur in Epiſcopo: Vt ſi filij eius impudici fuerint, ipſe Epiſcopus eſſe non poßit.*

Eligebantur ab Eccleſia quondam Mariti Patreſque familias in Sacerdotium. Nec enim tunc temporis,tot erant Virgines,aut Caſti,mundique Cœlibes, quot erant neceſſarij Sacerdotes: vt Hieronymus in Iouinianum ſcripſit. Ab his tria,quæ non ab aliis, exigebantur. Vt vnius vxoris eſſent. Vt domum ſuam bene regerent. Vt(ſi quos genuiſſent) filios ſine accuſatione Luxuria ſubditos haberent. Hieronymi verbum ſubiungam,libro cõtra Pelagianos primo. Pòſt ad Gratianum veniemus.

Epiſcopo propriam non ſufficit habere pudicitiam: niſi ea *filio*rum, & comitum, ac miniſtrorum pudore decoretur, dicente Dauid. Ambulans in via immaculata, Hic mihi miniſtrabat. *Apoſtolum iam Gratianus exponat.*

Gratianus. NECESSE eſt etiam vt ille qui ordinandus eſt, Suæ domui ſit bene præpoſitus,id eſt, Si in Laicali habitu vxorem habuit, vel Filios, à vitiis ad virtutum ſtudia & verbo & exemplo prouocet. Vt quod poſtea præcepturus eſt populis, prius exigat à domeſticis. Vnde Apoſtolus Epheſiis ſcribit, vt filios ſuos non ad iracundiam prouocent: ſed enutriant illos in omni diſciplina & correctione Domini. Vnde quùm Paulus ad Timotheum ſcribens dixiſſet: Suæ Domui bene præpoſitũ, ſtatim ſubiunxit: Habentem filios ſibi ſubditos in omni caſtitate, & non in accuſatione luxuriæ. non enim talium cohabitator frontem habet alios redarguendi.

De liberis erudiendis, & inſtituẽdis.
Epheſ.5.c.
1. Tim.3.a.

Pater de ſalute ac diſciplina filiorum ſolicitus. *Gratianus.*

Iob.1.b.

VNde, De beato Iob legitur, Quòd pro filiis ſuis quotidiana offerebat Deo ſacrificia, offerens holocauſta per ſingulos: quos tanta Charitatis perfectio in vnum cõſtrinxerat, vt quiſque eorum in ſuo die conuiuium fratribus

bus præpararet, & ad epulandum ſecum tres ſorores ſuas pariter inuitaret.——— Dεπκνοτροφία, id eſt, liberorũ educatione, & inſtitutione diſſerebamus in can. xv. Synodi Gangienſis.

Patres indulgentes.

§ *Quod quia Hely facere diſsimulauit, ac falſâ pietate ſuperatus, delinquentes filios ferire noluit, (ſicut in libro Regum legitur) apud diſtrictum iudicem ſemetipſum cum filiis crudeli damnatione percuſsit. vnde ei diuinâ voce dicitur: Honoraſti filios tuos magis quàm me.* 1.Reg.2.f.

Hinc etiam Dauid erga filios, bonitatem, non diſciplinæ ſeueritatem exercens, eorum iuuentutẽ experimento didicit eſſe pernicioſam, quorum pueritiam vagâ licentiâ permiſit eſſe voluptuoſam. Vnus quippe eorum ſororem ſuam ſtupro corrumpens, à fratre eius Abſalone, videlicet inter epulas, quas fratribus ſuis fraudulenter parauerat, obtruncatus eſt. Abſalon verò poſtquam veniam à patre obtinuit, de regno illum expulit, & ad concubinas eius ingreſſus eſt: demum per inuia deſerti patrem perſequens, quercui inhæſit, atque ita ſuſpenſus interiit. Hinc etiã Paulus ad Timotheum ſcribit dicens.——— 2.Reg.13.a. 2.Reg.16. 17.18.

Qui Priuata neſcit, longe minus adminiſtrare Publica nouit.

QVi ſuorum, & maximè domeſticorum, curam non habet, Fidem negauit: & eſt infideli deterior. 1.Timo.3. & 5.

Iure ergo qui domui ſuæ neſcit præeſſe, in Epiſcopum ordinari prohibetur: quia, qui in re minima, de qua ſibi familiarior debet ineſſe cura, fidelis non eſt: quomodo in Eccleſia Dei, vbi tot ſunt alieni, ſolicitam diligentiam exhibebit? Vnde Hieronymus in Comment. cap. 1. Epiſtol. ad Titum.

Tam ſanctũ eſt Sacerdotij nomen, Vt, & ea, quæ ſunt extra nos poſita, nobis imputentur.

NOn enim iuſtus polluitur ex vitiis filiorum: ſed libertas ab Apoſtolo, Eccleſiæ principi reſeruatur: Vt ta-

lis fiat, qui non timeat propter vitia liberorum, extraneos
Pſal. 36. c. *reprehendere.* Gratianus. Quod tunc fiet, ſi non erit, quod ſibi imputetur. quum enim greſſus hominis à Domino dirigantur: Nec ſint in homine, eius viæ: Corripere quidem poteſt, Corrigere autem non valet. Pulſare poteſt, non Aperire: Manus comprimere, non animum mutare. Vnde Augustinus Hipponis Clero, Senioribus, & vniuerſę plebi. Epiſtol. 137. ſcribẽs.

In magna domo ſine aliquo patris familias vituperio, poſſunt eſſe, ac ſemper fuerunt, Vaſa quidem, in Honorem quædam, & alia in Ignominiam. Sed ignominioſa, quia mundari nequeunt, abiicienda veniunt. 2. ad Timoth. 2. c.

QVantumlibet vigilet diſciplina domus meæ Homo ſum: & inter homines viuo. Nec mihi arrogare au-
Gene. 9. *deo, vt domus mea melior ſit, quàm arca Noe, vbi tamen inter octo homines vnus reprobus inuentus eſt. Aut me-*
Gen. 21. d. *lior ſit, quàm domus Abrahæ. cui dictum eſt: Eiice an-*
Mala. 1. d. *cillam, & filium eius. Aut melior ſit quàm domus Iſaac,*
Ro. 9. c. *cui de duobus geminis dictum eſt: Iacob dilexi, Eſau autem odio habui. Simpliciter autem fateor charitati veſtræ coram Domino Deo noſtro, qui teſtis eſt ſuper animam meam, ex quo Deo ſeruire cœpi: quoniam, ſicut difficilè ſum expertus meliores, quàm qui in Monaſteriis profecerunt: ita non ſum deteriores expertus, quàm qui in Monaſteriis ceciderunt. Ita, vt hinc arbitrer dictũ in Apo-*
Apoc. 22. b. *calipſi: Iuſtus iuſtificetur adhuc. & qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc.* Item. Cypriano Cornelius Papa. *Cornelius Romæ, Carthagine Cyprianus, ambo fide, virtute, pietate, denique martyrio præſtantes, eodem gerebant Epiſcopatũ tempore circiter annum* Do. 260. *Mutuas vtrinque legimus alias nõnullas Epiſtolas. Huiuſce tantummodò supereſt hoc in Gratiano fragmentum.*

Sponte Malorum caſus non debet auertere Bonos, quominus bi continuò recti perſtent. Sponte verò malus eſt, qui recta monenti obediens non eſt.

QVod ad nos attinet, Conſcientiæ noſtræ conuenit ſemper dare operam, ne quis culpâ noſtrâ de Eccleſia pereat. Si quis autem vltro, & crimine ſuo perierit, & Pœnitentiam agere, atque ad Eccleſiam redire noluerit:

nos

Digitized by Google

nos in die iudicij inculpatos futuros credimus, qui eorum conſulimus ſanitati: Illos ſolos in pœnis remanſuros, qui noluerint conſilij noſtri ſalubritate ſanari. Nec mouere nos debent conuitia perditorum, quò minùs à via recta & à certa regula non recedamus, quam Apoſtolus inſtituit dicens: Si hominibus placerẽ, Chriſti ſeruus nõ eſſem. Gal.1.

In Apoſtolo ſequitur & aliud omnibus Sacerdotibus futuris apprimè neceſſariũ puta.—
ΜῊ ΝΕΌΦΥΤΟΝ. Non *Neophytum.* Hoc *eſt. Non nuper natum, ſiue non nuper plantatum. Metaphora* Paulo *familiaris. Id eſt, Non recèns Baptizatum, &* Chriſtianum *factum quaſi diceres, Non* Nouitium *: qui non eſt in Ecceſiaſtico miniſterio deutiſſimè verſatus.* Iã *quærebatur* Hieronymus *hoc præceptum ſuo tempore non obſeruari. libro contra Pelagianos primo. & ad* Oceanum. *Cuius verba Gratianus initio mox ſubſequentis* Diſtinctionis *retulit: more tamen ſuo, trunca & immutata quædam.*

DISTINCTIO XLVIII.

Gratianus. PROHIBENTVR autem Neophyti in Epiſcopos ordinari. Hieronymus in fine Epiſtolæ ad Oceanum. To.2.

Tyrones in belli duces non ſunt creandi. Hoc *eſt, Nonitij non ſunt in Antiſtites aſſumendi.*

Q*Vi catechumenus heri fuit, hodie non ſit Epiſcopus. qui heri erat in Theatro, hodie non ſedeat in Eccleſia. qui veſpere erat in circo, hodie non miniſtret altario. qui dudum fuerat fautor hiſtrionum, hodie non ſit conſecrator virginum. Cauſa autem huius prohibitionis eſt ſecundùm Apoſtolum, Ne elatus in ſuperbiam, tanquam religio Chriſtiana plurimùm eo egeret, incidat in ruinam Diaboli. Momentaneus enim Sacerdos ignorat humilitatem & manſuetudinem ruſticorum: ſeſe contemnere neſcit: non ieiunauit, non fleuit, non ſe correxit, non pauperibus erogauit. In arrogantiam (quæ eſt ruina Diaboli) incidũt, qui in pũcto horæ, necdũ Diſcipuli, ſiũt Magiſtri.*

Innocentius Papa primus, ait in Epiſtol 12. Aurelio in Aphrica Epiſcopo ſcripta, Palladio Conſule. videlicet, anno Do.419.

Digitized by Google

MIſerum eſt eum fieri magiſtrum, qui nunquam fuit diſcipulus. Eúmque ſummum Sacerdotem fieri, qui nullo vnquam in gradu fuerit obſequutus Sacerdoti.

De Neophytis in Nicæni quoque Concilij Canone.2.legitur.——*Nonnihil ſecus habet hæc antiqua traductio, quàm Græca ſonent. vt annotauimus in margine.*

¶ *Catechiſmo præſcriptum tempus erat ante Baptiſmum: Neque mox à Baptiſmo licebat adſequi Sacerdotium.*

* ἢ ἄλλως ἐπειγομένων τῶν ἀνθρώπων. *QVoniam multa ſunt, ſiue per neceſſitatem: * ſiue ex quacunque cauſa, contra regulam geſta: Ita vt homines ex vita Gentilium * nuper adhuc catechizati, vel inſtructi ſtatim ad ſpirituale Baptiſma veniſſent: & continuò quum Baptizati ſunt, etiam ad Epiſcopatũ vel Preſbyterium prouecti ſunt: rectè igitur viſum eſt de cætero nihil tale fieri. nam & tempore opus eſt, vt ſit catechumenus: & poſt Baptiſma multâ probatione indiget: euidens nanque eſt Apoſtolicum præceptum, dicens: Non Neophytum: ne fortè elatus in ſuperbiam, in iudicium incidat, & in laqueum Diaboli. Si verò, procedente tempore, aliquod * mortale peccatum admiſerit: & conuictus duobus, vel tribus teſtibus fuerit: ceſſabit à clero, qui huiuſmodi eſt. Si quis verò præter hoc fecerit, tanquam contraria ſtatutis Sancti Concilij * gerens, etiam ipſe præcipitabitur de ſtatu Cleri.*

* ἄρτι προσελθόντας τῇ πίστει, καὶ ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ κατηχηθέντας

1. Timoth. cap. 3. b.

* ψυχικόν τι ἁμάρτημα εὑρεθείη περὶ τὸ πρόσωπον.

* θρασυνόμενος.

Gratianus. NEOPHYTI verò hodie appellantur, propoſitum Sacræ religionis nouiter aſſumentes. Vnde beatus Gregorius ſcribit Syagrio Hæduorum Epiſcopo: Epiſt.110.lib.7.

Eccleſiam ruere facit ordinatio Nouitiorum.

SIcut Neophytus dicebatur, qui in initio ſanctæ fidei erat eruditione plantatus: ſic modò Neophytus habendus eſt, qui repentè in religionis habitu plantatus ad ambiendos Sacros ordines irrepſerit. Ordinatè ergo ad ordines aſcendendum eſt: nam caſum appetit, qui ad ſummi loci

Digitized by Google

loci faſtigia, poſtpoſitis gradibus, per abrupta quærit aſcenſum. Scimus autem, quòd ædificati parietes nō priùs tignorum pondus accipiunt, niſi à nouitatis ſuæ humore ſiccentur: ne ſi antè pondera, quàm ſolidentur, accipiant, cunctam, ſimul ad terram, fabricam deponent. Gratianus hæc, de Neophytis. Plura dicebamus in octogeſimo Canone Apoſtolico.

In vltima Sermonis iſtius adeò fidelis periodo ſic habetur.

ΔΕῖ ΔῈ ἈΥΤῸΝ ΚΑῚ ΜΑΡΤΥΡΊΑΝ ΚΑΛῊΝ ἜΧΕΙΝ ἈΠῸ ΤῶΝ ἜΞΩΘΕΝ· ἽΝΑ ΜῊ ἘΙΣ ὈΝΕΙΔΙΣΜῸΝ ἘΜΠΈΣΗι, ΚΑῚ ΠΑΓΊΔΑ ΤΟῦ ΔΙΑΒΌΛΟΥ. *Nobis hoc poſtremum proponitur in Apoſtolico Speculo videndum.*

OPortet autem illum, & teſtimonium habere bonum ab iis, qui foris ſunt: vt non in opprobrium incidat, & in laqueum diaboli. His in xxv. diſtinctionibus, Gratianus Apoſtoli poſtrema hæc verba non adſcripſit, nec interpretatus eſt. Alio tamen loco ſunt ab ipſo declarata. Vnde commodùm nos huc transferamus.———

VIII. q. I. Can. Licet.

Referuntur & Enarrantur iſta Pauli verba, ex Origenis authoritate, ſic in octauum caput Leuitici ſcribentis.———

VIdeamus ergo, quali ordine Pontifex inſtituitur. Conuocauit Moyſes ſynagogam, & dixit ad eos.— Hoc eſt verbum, quod præcepit Dominus.———

Non alius Eccleſiæ regendæ præficiendus eſt, quàm qui vitæ ſanctitate, moribus, doctrinâ, virtutibus alios in Eccleſia præcellit. Hoc eſt, Optimus, & Eccleſiæ commodiſſimus ſemper eſt eligendus. Hæc periocha ſex librorum Chryſoſtomi de Sacerdotio.

Licet ergo Dominus de conſtituendo Pontifice præcepiſſet, & iam Dominus elegiſſet: attamen conuocatur & Synagoga. Requiritur enim in ordinando Sacerdote & præſentia populi. Vt ſciant omnes & certi ſint: quia, Qui præſtantior eſt ex omni populo, Qui doctior, Qui ſanctior, Qui in omni virtute eminentior, Ille eligitur ad Sa-

cerdotium. Et hoc, atteſtante populo. Ne qua poſtmodum retractatio cuiquam, Ne quis ſcrupulus reſideret. Hoc eſt autem, quod & Apoſtolus præcipit in ordinatione Sacerdotis, dicens—— Oportet autem illum & teſtimoniũ habere bonum ab iis, qui foris ſunt. *Hæc in dicto Can. Licet. ex Ruffini tranſlatione. quam perperam tribuunt Hieronymo. quod ſuperiùs admonui. diſt. 36.*

Demum, Gratianus Epilogum faciens omnium, quæ De clericorum moribus antedicta fuerunt, In ſequenti quadrageſima nona diſtinctione, Leuiticorum conditionem corporum, qualem per Moſen Deus primò deſcripſerat, ad animorum transfert in nobis qualitatem, diui Gregorij, præ cæteris, authoritate nitens: qui ſanè rem perelegãter tractauit, atque loci tropos indicauit. Hæc Ethologiæ noſtræ finem dabit,

DISTINCTIO XLIX.

Gratianus. ECCE, A quibus vitiis debeant eſſe immunes, qui ſunt in Preſbyteros ordinandi, apparet. Qui enim interceſſores pro populo ad Deum parantur, neceſſe eſt vt eius gratiam bene viuendo mereantur. Vnde Hieronymus ſuper Malachiam. *Non ſunt iſta Hieronymi verba: ſed ex eius commentariis in Malachiæ prophetiam (præcipuè in cap. 1.) coacervauit ea Gratianus*, Hieronymóque *tribuit: quia ſenſus inibi, multiſque locis aliis, eſt ipſius* Hieronymi. *Sic authorum ſæpius abutitur nomine.*

Nomen Dei deſpicit, & Sacrificium polluit, quiſquis ad altare, vel munere ſeu precio, vel aliàs indignè accedit. Ac etiam, qui verbum, non ad ſalutem, ſed in gratiam, populo diſpergit.

n Omni doctrinâ, Omni prudẽtiâ, Omni denique ſplendore virtutis, Eccleſiæ miniſtri fulgere debẽt. quibus dictũ ſpeciatim fuit, vos eſtis lux mũdi Math. 5.

SAcerdotes nomen Domini deſpiciunt: & Panem pollutum offerunt, qui ad altare indignè accedunt, quíque, dato munere, Sacerdotium præſumunt. Panem quoque polluit, qui Doctrinã Domini in populo malè diſpergit: & qui honorat potentem, & deſpicit pauperem. Et infrà.

Indoctos, & Quæſtuarios, & Vitioſos admouens Altari, polluit Altare.

§ *Si offeratis cæcum animal ad immolandum, nonne malum eſt? Superiùs accuſati de Panibus, nunc accuſantur de Victimis. Cæcum animal offert, qui ordinat indoctum in loco docti: magiſtrúmque facit, qui vix diſcipulus eſſe poterat. Claudum offert, qui lucra terrena quærentem locat: vtpote pedem in diuerſa ponentem: vnum in Diuinis: alterum in Carnalibus: cui poteſt inferri illud de libro*

Digitized by Google

libro Regum: Vſquequo claudicatis in duas partes? Languidum offert, qui Vitioſum habet pro Religioſo: quíque Tardum & Pigrum probat Patientem: dicens illum negligentiæ non redarguendum. Indignum eſt enim dare Deo, quod dedignatur homo. 3. Reg. 18. d. Item. Gregorius, ait in Paſtorali. cap. 11. primæ partis illius libri. *Quod integrum ferè tranſcripſit huc Gratianus. In paragraphos diſtinximus.*

Aliis veniam, gratiámque non petat, qui ipſe veniâ gratiáque indignus exiſtit.

SOlicitè formidãdum eſt, ne qui placare poſſe iram Dei creditur, hanc ipſe ex proprio reatu mereatur. cuncti enim liquidò nouimus: quia quum is, qui diſplicet, ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur. Qui ergo deſideriis terrenis adſtringitur, caueat ne diſtricti iram iudicis grauius accendens, dum loco delectatur gloriæ, fiat ſubditis author ruinæ. Solerter ergo ſe quíſque metiatur: nec locum regiminis aſſumere audeat, ſi adhuc in ſe vitium damnabiliter regnat: ne is quem crimen deprauat proprium, interceſſor fieri appetat pro culpis aliorũ.

Continuò ſequitur in eodem capite.

Quibus morbi, vitiíve quid ineſt, Hos ab Altari Domini reiicit Moſes.

HInc etenim supernâ voce ad Moyſen dicitur in Leuitico: Loquere ad Aaron: Homo de ſemine tuo per familias, qui habuerit maculam, non offerat panes Deo ſuo: nec accedat ad miniſterium eius. vbi repentè ſubiungitur: Si cæcus fuerit, Si claudus, Si vel paruo, vel grandi vel torto naſo, Si fracto pede, Si mancus, Si lippus, Si gibboſus, Si albuginem habẽs in oculo, Si iugem ſcabiem, Si impetiginem in corpore, Vel ponderoſus. Leuit. 21.

Cæcus eſt, Qui ſuæ ſalutis viam non videt, nec in ſcripturarum lucem proſpicit.

CÆcus quippe eſt, qui ſupernæ lucem contemplationis ignorat: qui præſentis vitæ tenebris preſſus, dum lu-

Digitized by Google

cem venturam nequaquam diligendo conſpicit, quò greſ-
1.Reg.2. ſus operis porrigat, neſcit. Hinc etenim, prophetãte Annâ, dicitur: Pedes ſanctorum ſuorum ſeruabit: & impij in tenebris conticeſcent.

Claudus eſt, qui non rectâ pergit in via Domini: Nec in ea firmus, pede graditur vtróque.

CLaudus verò eſt, qui quidem, quò pergere debeat, aſpicit: ſed per infirmitatem mentis, vitæ viam perfectæ non valet tenere, quam videt: quia videlicet, Dum quis ad virtutis ſtatum fluxâ conſuetudine non erigitur: quò deſiderium eius nititur, illuc greſſus operis efficaciter
Heb.12. nõ ſequũtur. Hinc etenim Paulus dicit: Remiſſas manus, & diſſoluta genua erigite: & greſſus rectos facite pedibus veſtris: vt non claudicans quis erret: magis autẽ ſanetur.

Deformi ſunt naſo, qui bonum ſcripturarum ſenſum vel non odorantur: vel malè perfrictis naribus odorantur.

PAruo autem naſo eſt, qui ad tenendam menſuram diſcretionis idoneus non eſt. Naſo quippe odores, fœtoréſque diſcernimus: Rectè ergo per naſum Diſcretio exprimitur: per quam virtutes eligimus: delicta reprobamus. Vnde & in laudibus ſponſæ dicitur: Naſus tuus, ſicut
Cant.7. turris quæ eſt in Libano: quia nimirùm ſancta Eccleſia, quæ ex cauſis ſingulis tentamenta prodeant, per diſcretionem cõſpicit: & ventura vitiorũ bella ex alto deprehẽdit.

Quemadmodum, qui nihil ſentit (hoc eſt, indoctus & Hebes) Paruo dictus eſt nunc eſſe naſo: Sic etiam Qui malè ſentit, aut ſuperbè ſapit, Hic naſum grandem vel obtortum dicitur habere.

§ Sed ſunt nonnulli, qui dum nolunt hebetes exiſtimari, ſæpe ſe quibuſdam exquiſitionibus, pluſquam neceſſe eſt, exercentes, & nimiâ ſubtilitate falluntur. vnde hic quoque ſubditur, vel Grandi, vel Torto naſo. Naſus

quippe

Digitized by Google

quippe grandis & tortus, eſt diſcretionis ſubtilitas immoderata: quæ dum, pluſquam decet, excreuerit, actionis ſuæ rectitudinem ipſa confundit.

Bonis omnino vacuus operibus, neque ſe mouens in via Domini, neque iuſta contrectans, dicitur & manus & pedes nullos habere. ἐν αὐτῷ σύντριμμα χειρὸς, καὶ σύντριμμα ποδός. vt eſt in ſeptuaginta.

FRacto autem pede, vel manu eſt, qui viam Domini pergere omnino non valet: atque à bonis actibus funditus exors vacat. quatenus hæc, nō vt claudus ſaltē, cum infirmitate teneat, ſed ab his omnimodo alienus exiſtat.

Regni terreni curæ, in Regno Cælorum, id eſt, in Eccleſia, reddunt hominem gibboſum.

GIbboſus verò eſt, quem terrenæ ſolicitudinis pondus deprimit, ne vnquam ad ſuperna reſpiciat: ſed ſolis his, quæ in infimis calcantur, intendit. qui, & ſiquando aliquid ex bono patriæ cæleſtis audierit, ad hoc, nimirùm peruerſæ conſuetudinis pondere prægrauatus, cordis faciē non attollit: quia cogitationis ſtatum erigere non valet, quem terrenę ſolicitudinis vſus curuū tenet. Ex eorū quippe ſpecie, Pſalmiſta dicit: Incuruatus, & humiliatus ſum Pſal.118. *vſquequáque. quorum culpam per ſemetipſam veritas reprobans ait: Semen autem, quod in ſpinas cecidit, hi ſunt* Luc.8. *qui audierunt verbum, & à ſolicitudinibus, & diuitiis, & voluptatibus huius vitæ euntes ſuffocantur, & non referunt fructum.*

Lippiunt in Eccleſia, qui mentis aciem, quam perſpicacē nacti ſunt, in carnis opera figūt.

LIppus verò eſt, cuius quidem ingenium ad cognitionem veritatis emicat: ſed tamē hoc carnalia opera obſcurāt. In lippis quippe oculis pupillæ ſanæ ſunt: ſed humore defluente, infirmantes palpebræ craſſeſcunt: quæ, quia infuſione crebrâ atteruntur, etiam acies pupillæ vitiatur.

Digitized by Google

Et ſunt nonnulli, quorum ſenſum carnalis vitæ operatio ſauciat: qui videre recta ſubtiliter per ingenium poterant, ſed vſu prauorum actuum caligant. Lipppus itaque eſt, cuius ſenſum natura exacuit, ſed conuerſationis prauitas
Apoc.3. *confundit: cui bene per Angelum dicitur: Collyrio inunge oculos tuos, vt videas. Collyrio quippe oculos, vt videamus, inungimus, quum ad cognoſcendam veri luminis claritatem, intellectus noſtri aciem medicamine operationis bonæ adiuuamus.*

Magna eſt oculorum mentis Albugo, *quæ noſtram non ſinit nos videre vilitatem.*

ALbuginem verò habet in oculo, qui veritatis lucem videre non ſinitur: quia arrogantiâ Sapientiæ ſeu Iuſtitiæ excæcatur. Pupilla nanque oculi nigra videt: albuginem tolerãs nihil videt: quia, videlicet, ſenſus humanæ cogitationis, ſi ſtultum ſe, peccatorémque intelligit, cognitionem intimæ claritatis apprehendit. Si autem ſibi candorẽ Iuſtitiæ ſiue Sapientiæ tribuit, à luce ſe ſupernæ cognitionis excludit: & eò claritatẽ veri luminis nequaquam penetrat, quò ſe apud ſe per arrogantiã exaltat: ſicut de quibuſdam
Rom.1. *dicitur: Dicentes enim ſe eſſe Sapientes, ſtulti facti ſunt.*

Mala illum ſcabies vrget, qui malum mente conceptum deducit in actum. ψώρα vel Ἀγρία. *velut eſt in Septuaginta.*

IVgem verò ſcabiem habet, cui carnis petulantia ſine ceſſatione dominatur. In ſcabie etenim feruor viſcerum ad cutem trahitur: per quam rectè luxuria deſignatur: quia ſi cordis tentatio vſque ad operationẽ proſilit, nimirũ feruor intimus vſque ad cutis ſcabiem prorũpit, & foris iam corpus ſauciat: quia dum in cogitatione voluptas nõ reprimitur, etiam in actione dominatur. Quaſi enim cutis pruriginem

Digitized by Google

ginem Paulus curabat abſtergere, quum dicebat: Tentatio vos non apprehendat, niſi humana. ac ſi apertè diceret. Humanũ quidẽ eſt in corde tentationẽ perpeti: Dęmoniacũ verò eſt in tentationis certamine & operatione ſuperari. 1. Cor. 10.

Sordidis Lichenibus infeſtatur, quiſquis Auaritiæ impetigine fœdatur.

IMpetiginem quóque habet in corpore, quiſquis auaritiâ vaſtatur in mente: quæ ſi in paruis non compeſcitur, nimirũ ſine menſura dilatatur. Impetigo quippe ſine dolore corpus occupat: & abſque occupati tædio excreſcens, membrorum decorem fœdat: quia & auaritia captiuam animam, dum quaſi delectat, exulcerat: dum adipiſcenda quæque cogitationi obiicit, ad inimicitias accendit: & dolorem in vulnere non facit, quia æſtuanti animo ex culpa abundantiam promittit. Sed decor membrorum perditur, quia aliarum quóque virtutum per hanc pulchritudo deprauatur: & quaſi totũ corpus exaſperat, quia per vniuerſa vitia animum ſupplantat: Paulo atteſtante, qui ait. 1. Tim. 6. b. Radix omnium malorum eſt cupiditas.

μονόρχις eſt, infamíque laborat Hernià, qui, quod poteſtate nequit, attamen volũtate peragit.

POnderoſus verò eſt, qui turpitudinem opere non exercet: ſed tamen ab hac, cogitatione continuâ ſine moderamine grauatur in mentę: qui nequaquam quidem vſque ad opus nefarium rapitur, ſed eius animus voluptate luxuriæ, ſine vllo repugnationis obſtaculo, delectatur. Vitium quippe eſt ponderis, cùm humor viſcerum ad virilia labitur: quæ profectò cum moleſtia dedecoris intumeſcunt. Ponderoſus ergo eſt, qui totis cogitationibus ad laſciuiam defluens, pondus turpitudinis geſtat in corde: & quanuis praua non exerceat opere: ab his tamen non auellitur men-

Digitized by Google

te: nec ad vſum boni operis in aperto valet aſſurgere, quia grauat hunc in abditis pondus turpe.

Quiſquis ergo quolibet horum vitio ſubigitur, Panes Domino offerre prohibetur: ne profectò diluere aliena delicta non valeat is, quem adhuc propria deuaſtant. Quia igitur paucis, ad Paſtorale magiſterium dignus qualiter veniat: atque hôc indignus, qualiter pertimeſcat, oſtendimus: nũc is qui ad illud dignè peruenerit, in eo qualiter viuere debeat, demonſtremus. *Hæc omnia ſupradicto in loco diuus Gregorius habet, ad alterius inde partis argumentum tranſiens.*

520.1-5
2

AVDITORI CHRISTIANO QVINTINVS.

Hactenus Apoſtolum nobis expoſuit Gratianus, omnia ſtrictim breuíque complexus, quæcunque religioſum ac fidelem Ieſu Chriſti miniſtrum, ex animo puréque Diuinis inſeruientem, decet. Quæ latiùs (ipſo nos docente átque ducente Chriſto) pergemus, vt poterimus, quotidianis noſtris ad vos ſermonibus & prælectionibus explicare. Cæterùm, velut à Hieronymo cœpi, ſic etiam deſinere viſum. Et(quæſo)quò meliùs, ac tutiùs? Ille, doctrinâ quidem maximus, maior autem ſanctitate, Doctor Eccleſiæ, dum ſuus Atticus aduerſus Critobulum de verbis his ipſis Paulinis non pauca diſſeruiſſet, ita demum diſputationem clauſit in primo contra Pelagianos libro.——

PVTO, *quòd non facilè ſit reperire, qualem præcepit Apoſtolus, Epiſcopum: Maximè illud, Vt potens ſit aduerſarius reſiſtere, & peruerſas opprimere ac ſuperare doctrinas. Aut nullus, inquam, aut rarus eſt, qui omnia habeat, quæ habere debet Epiſcopus. Et tamen, Si vnum vel duo de catalogo virtutum, Epiſcopo cuiquam defuerint, non tamen, Iuſti carebit vocabulo. Nec ex eo damnabitur, quod non habet: Sed ex eo coronabitur, quod poſsidet. Omnia enim habere, & nullo indigere, Virtutis eius eſt, qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus eſt in ore eius, & in quo princeps huius mundi non habet quicquam.*

Hæc ille.

A nobis perpetuò laudetur Animarum noſtrarum ſummus Epiſcopus, qui ſua, prout vult, cuique diſpertitur.

Sacerdotalis Ethologiæ.

FINIS.

Digitized by Google